ܬܫܥܝܬܐ ܕܡܪܝ ܡܐܪܝ ܫܠܝܚܐ

ACTA SANCTI MARIS

ASSYRIÆ, BABYLONIÆ AC PERSIDIS SECULO I APOSTOLI

SYRIACE SIVE ARAMAICE

JUXTA MANUSCRIPTUM ALQOSCHIANUM ADJECTIS ALIORUM CODICUM LECTIONIBUS VARIANTIBUS VERSIONE LATINA ET ANNOTATIONIBUS ILLUSTRATA

EDIDIT NUNC PRIMUM

J.-B. ABBELOOS, S. T. D.

DOMUS PONTIFICALIS PRÆSUL
ARCHIEPISCOPI MECHLINIENSIS VICARIUS GENERALIS

BRUXELLES
SOCIÉTÉ BELGE DE LIBRAIRIE
12, RUE DES PAROISSIENS, 12

LEIPZIG, F. A. BROCKHAUS

1885

ܬܫܥܝܬܐ ܕܡܪܝ ܡܐܪܝ ܫܠܝܚܐ

ACTA S. MARIS APOSTOLI

Bruxellis. — Typis Polleunis, Ceuterick & Lefébure.

ܬܫܥܝܬܐ ܕܡܪܝ ܡܪܝ ܫܠܝܚܐ

ACTA SANCTI MARIS

ASSYRIÆ, BABYLONIÆ AC PERSIDIS SECULO I APOSTOLI

SYRIACE SIVE ARAMAICE

JUXTA MANUSCRIPTUM ALQOSCHIANUM ADJECTIS ALIORUM CODICUM LECTIONIBUS VARIANTIBUS VERSIONE LATINA ET ANNOTATIONIBUS ILLUSTRATA

EDIDIT NUNC PRIMUM

J.-B. ABBELOOS, S. T. D.

DOMUS PONTIFICIÆ PRÆSUL

ARCHIEPISCOPI MECHLINIENSIS VICARIUS GENERALIS

BRUXELLES

SOCIÉTÉ BELGE DE LIBRAIRIE

12, RUE DES PAROISSIENS, 12

LEIPZIG, F. A. BROCKHAUS

1885

ACTA SANCTI MARIS

ASSYRIÆ, BABYLONIÆ AC PERSIDIS SECULO I APOSTOLI

ARAMAICE ET LATINE

EDIDIT NUNC PRIMUM

J.-B. ABBELOOS, S. T. D.,

DOMUS PONTIFICALIS PRÆSUL

ARCHIEPISCOPI MECHLINIENSIS VICARIUS GENERALIS.

PROLEGOMENA.

Narratione aramaica, quam una cum versione latina typis mandamus, quum Osrhoënæ ad fidem christianam per Adæum, Thomæ apostoli socium atque e septuaginta Christi discipulis unum, conversio obiter perstringitur, tum præsertim fusiusque describitur ea quam ab illo beatus Mares accepit missio apostolica quaque per reliquam Mesopotamiam variasque ad Persidem usque regiones fructu pari atque labore diutissime functus est.

Etsi vero *infinita propemodum sunt Syro-Chaldæorum scriptorum monumenta, quæ... memorata de primis ipsorum apostolis confirmant* (1), paululum certe id est quod adhuc de illorum vita ac gestis necnon de ecclesiarum ab ipsis fundatarum primordiis e bibliothecarum latebris prodiisse scitur; et quidem Mar (2) Marin quod attinet, ad ea fere reducitur quæ apud doctissimum J. S. Assemanum leguntur in tribus ejus Bibliothecæ orientalis Clementino-Vaticanæ tomis sparsim prolata (3). Quare hæc codicis nostri editio, etsi ob otii defectum tenuiori eruditionis apparatu instructa, hagiographis ac rerum historicarum curiosis universim satis erit, uti confidimus, accepta et utilis.

Codex iste paginas complectitur quadraginta sex, singulas, præter ultimam breviorem, 24 × 15 centimetris nitidissimæ scripturæ nestorianæ constantes. Descri-

(1) Verba sunt Ill. Georg. Ebedjesu Khayyath in opere: *Syri Orientales seu Chaldæi, Nestoriani et Romanorum Pontificum primatus*, Romæ 1870, p. 163. — (2) *Mar*, latine *dominus*, nomen excellentiæ quo Syri sanctos atque etiam episcopos aliosque viros præstantes designare solent. — (3) Adæi seu Thaddæi ad Agbarum sive Abgarum, Edessæ regulum, missionem memorant Eusebius, *Hist. eccl.*, lib. I, cap. 13; vetus codex syriacus quem edidit Cureton in: *Ancient Syriac documents*, pp. 6-23; Leroubna Edessenus et Moyses Khorenensis in *Collection des historiens arméniens*, Paris. Didot, 1867. De Mari vero consule *Bibl. Orient.*, tom. I, p. 10; tom. II, p. 387 sqq.; tom. III, part. I, pp. 299, 306, 344, 506 sq., 584 sqq.; part. II, pp. 4 sq., 17-24.

ptus fuit in Alqosch, pago itinere decem circiter horarum a Mossula ad septentrionem distante, mense Nisan (Aprili) 1881 (1), nobisque dono missus ab illustrissimo Georgio Ebedjesu Khayyath, civitatis Amidæ, quam hodie Diarbekir nuncupant, archiepiscopo chaldæo. Idem ille præsul, rei ecclesiasticæ ac litterariæ suæ gentis peritissimus, in difficultatibus nonnullis quas identidem textus objiciebat enodandis sese perpetuo exhibuit officiosissimum : cui propterea et quod plura et majoris momenti documenta, præsertim *Acta Martyrum* (2), mihi pretio comparandi copiam fecerit, grates meas hic publice referre lubet.

Exstat quoque Romæ, in bibliotheca Em. Cardinalis Howard, Vita beati Maris syro-chaldaice scripta atque ex eodem fonte Alqoschiano derivata ; nec alibi, quod equidem sciam, reperitur in Europa quam penes D. Ed. Sachau, in Berolinensi academia professorem, qui eam sibi occasione itineris per Mesopotamiam instituti (3) acquisivit, quique meum apographon cum suo perhumaniter contulit et diligentissime, notatis in margine paucis nulliusque fere momenti lectionibus variantibus. Apographon vero utrumque ad unum idemque descriptum fuit exemplar, quod in archivo ecclesiæ Alqoschianæ servatur.

Undenam vero manuscriptum Alqoschianum sit desumptum et qua præcise ætate historia Mar Maris fuerit composita, nobis adhucdum incompertum est ; itemque ignoramus quisnam ejus exstiterit auctor, quamquam is uti cujusdam cœnobii sancti Maris nomine et reliquiis insignis monachum sese prodit. Haud improbabiliter tamen conjeceris illum seculo quinto vel sexto vixisse suamque e

(1) Ad calcem ultimæ paginæ, amanuensis noster incompta manu hæc adjecit :

ܘܕܥ ܐܘ ܡܪܝ ܩܪܘܝܐ ܡܗܝܪܐ ܕܐܝܟ ܕܣܒܪ ܐܢܐ ܫܒܫܝܢ
ܒܝܬ ܠܦܣܩܐ ܘܚܣܝܪܘܬܐ ܒܗܕܐ ܬܫܥܝܬܐ. ܒܕܝܠ ܐܝܟ ܐܨܚܬܐ
ܒܬܪ ܐܨܚܬܗ، ܕܩܫܝܫܐ ܥܝܣܐ ܐܩܘܪܝܐ ܟܬܒܬܗ ܘܫܩܠܬܗ.
ܐܢܬ ܗܟܝܠ ܒܦܘܠܚܢ ܡܫܒܚܐ ܐܘܩܒܠܝܗ̇ ܠܐܨܚܬܐ ܐܚܪܬܐ ܐܢ
ܥܪܥܐ ܠܟ ܘܬܪܘܨ ܒܣܘܓܐ ܠܦܣܩܐ ܕܒܗ̇. ܘܨܠܝ ܥܠܝ ܠܝ ܒܚܘܒܟ
ܐܡܝܢ. ܐܫܬܠܡܬ ܫܢܬ ܐܦܦܐ ܠܡܪܢ ܬܡܢܐ ܡܐܐ: ܠ: ܒܢܝܣܢ: ܒܐܠܩܘܫ
ܠܢܛܘܪܬܐ: ܒܐܝܕܝ ܡܚܝܠܐ ܐܒܪܗܡ ܕܒܝܬ ܩܫܐ ܕܡܬܩܪܝܐ
ܕܒܝܬ ܫܟܘܢܐ. Et scito, o domine lector peritissime, reperiri, prout equidem opinor, sphalmata et defectus in hac historia, quia ad exemplar manuscriptum clerici Isa Aqurensis illam descripsi atque transsumpsi. Tu igitur in operam tuam laudabilem suscipe hoc exemplar alterum, si tibi occurrat, et pro caritate tua corrige sphalmata quæ in eo sint, et benigne exora pro me, amen. — Scriptum fuit anno Domini 1881, 30 Nisan, in Alqosch servanda, per manus infirmi Abraham, ex Beth-Qascha, alias Beth-Schekwana. — (2) De quibus videsis quæ adnotavi in ephemeride cui nomen *Le Muséon*, tom. II, p. 143. — (3) Quod ipse descripsit in opere *Reise in Syrien und Mesopotamien*, Leipzig, Brockhaus, 1883.

traditionibus popularibus compilasse narrationem. Etenim id sane constare videtur, auctorem non nisi sat diu post Papam, qui seculo IV ineunte Seleuciensem rexit ecclesiam, scribere potuisse, quippe quum illum non tantum memoret, sed et immani anachronismo immediatum Mar Maris faciat successorem et heredem, nisi tamen illic agnoscenda sit temera posterioris cujusdam interpolatio. Ex alia parte in tota lucubratione nihil est quo aut Mohammedanici imperii aut Nestoriani dogmatis, quod jam seculo sexto omnes illius regionis perverterat ecclesias, dominatio indicetur. Præterea oppidorum ac regionum nomina nonnulla ab iis quæ apud Arabum scriptores comparent, quodam antiquitatis colore distant; denique historia nostra fons esse videtur ex quo posteriores historiographi hauserunt, scilicet seculo duodecimo Mares Salomonis filius, decimo quarto Amrus Matthæi (1), alii.

Ast quæstio superest difficilis, veritatem in narratione nostra historicam ab admixtis fabulis aut sequioris ævi commentis critico examine secernere; quod equidem peritioribus aut certe alii tempori remittendum censeo. Interim de ipsa substantia ambiget nemo; nam S. Marim ævo apostolico in illis regionibus evangelium prædicasse testimoniis constat idoneis atque perpetuis. Juvat ea allegare quæ in hanc rem mihi transmisit pluries laudatus archiepiscopus Khayyath, quæque sic habent : *Quod S. Mares evangelium prædicaverit in iis locis quæ sigillatim Acta ejus anonyma memorant, concordat cum iis quæ adducit Assemanus ex authenticis scriptis, nestorianis et jacobiticis : quod magni faciendum est. Et inde est quod antiquissimam liturgiam suam Nestoriani duobus apostolis suæ gentis adscribunt, id est Adæo et Mari. Sicut Adæi, ita et Maris commemorationem faciunt in officio magno,* Circuli *dicto* (2), *ut advertit Assemanus et adhuc in usu nostro est. Majus pondus facit inventio reliquiarum S. Maris anno 1879 facta in ruinis pervetustæ ecclesiæ S. Samonæ, apud Carmelesch, ad orientem Mossulæ :*

(1) De his cfr. Assemanum, *Bibl. Orient.*, tom. III, part. I, pp. 554 et 580; item Khayyath, *op. cit.*, pp. 106 sq., 133. — S. Mares recensetur inter patriarchas Orientis a Salomone Bostrensi episcopo in *Libro apum*, ab Anonymo Amidensi, ab Elia episcopo Damasceno (apud Assemanum, *Bibl. Orient.*, tom. II, p. 387 sqq.); et tandem ab Amro (ibid., tom. III, part. II, p. 584). — (2) *Circulus*, ܚܘܕܪܐ *(Hudra)*, est liber liturgicus, quo continentur officia diebus dominicis, feriis quadragesimæ aliisque diebus nonnullis recitanda. — De cultu S. Maris hæc habet Ill. Khayyath : “ *Fundatorem suæ primatialis ecclesiæ, quæ decursu temporis patriarchalis evasit, præter Thomam et Adæum, magis proprie Marim celebrant Chaldæi. Prima et antiquior ceteris, qua semper usi sunt Chaldæi, liturgia nomine duorum apostolorum est inscripta et pervulgata, nihilque præ se fert quod authenticitati huic ejusdem adversetur. Laudatorum trium apostolorum uniuscujusque specialem memoriam in* OFFICIO SUO MAGNO *iidem colunt : Thomæ quidem apostoli die 3 Julii ; Thaddæi autem dominica V post Resurrectionem ; et Maris feria VI hebdomadæ II æstatis, h. e. hebdomadæ IX post. Pentecosten. Magna cum veneratione semper ecclesia et cœnobium et schola S. Maris in Dor-Kena in Babylonia ipsis fuere, donec superstitio Mohammedana illud monumentum una cum ceteris fere omnibus solo æquarit, in postrema præsertim vastatione propemodum irremediabili, quæ in illa regione, ut alias memini, christicolas cunctos, licet schismaticos, qualiter tunc ibidem existimantur fuisse fere omnes, letali affecit excidio.* Syri Orientales, *etc.*, p. 163.

quæ reliquiæ, in arcula marmorea positæ, inventæ sunt una cum reliquiis S. Jesusabran, martyris seculo sexto, passi sub Chosroë, cujusque vitam scripsit Jesujabus Adiabenus, patriarcha, quam possideo exaratam a me ad codicem Vaticanum anno 1870. Item auctor anonymus Actorum martyrum Beth-Seleuciensium, quæ habentur in collectione (1) *codicis Amidensis a me missi ad Ill. J.-B. Abbeloos in Belgium, meminit adventus S. Maris in regionem Beth-Garmæorum, hujusque prædicationis una cum S. Adæo. Ille autem scripsisse videtur seculo saltem sexto. Ergo, quoad substantiam facti, nulla potest esse prudens dubitatio circa genuinitatem Actorum S. Maris anonymorum.* Ita ille.

Jam antequam præfandi finis fiat, verbum addendum censeo de versione nostra, in qua nonnemo forte e lectoribus latinum sermonem concinnum magis atque limatum desideret; verum quisquis scriptis orientalibus vertendis ipse incubuerit perspectum habet facilius longe esse in hujusmodi labore elegantiam quam textum sectari. Quantum equidem potui verborum fui tenacissimus, nolens commentatorem agere aut paraphrasten, sed scriptoris chaldaici fidus esse interpres.

Denique characteres quibus nostra editio prodit, sunt estrangelici seu στρογγύλοι, antiquissimæ Syrorum scripturæ typum referentes, quos nuper Bollandiani socii sibi compararunt et nunc primum in Belgio adhibentur. Hac de causa amanuensis nostri chaldæi puncta diacritica, quæ ex usu scripturæ nestorianæ habet multiplicia nec ceterum necessaria, plerumque negligere fuit opus.

Textui Actorum præmittimus ac lectori prælibanda exhibemus quæ in eamdem rem tradunt scriptores orientales posterioris ætatis. Audiatur primo Barhebræus.

Post Thomam apostolum Adæus, unus e septuaginta præconibus. — *Anno ab ascensione Domini trigesimo, hoc est Tiberii Cæsaris decimo quinto, Adæus Edessam venit, quo tempore regnabat Abgar qui exspectabat regnum Dei atque sanationem a lepra sua, cujus causa Uchama* (niger) *appellabatur, scilicet per antiphrasin, eo quod totum ipsius corpus candidum erat et albescebat ex lepra. Hic igitur cum Adæi adventum intellexit, magno affectus est gaudio illumque apud se excepit, crediditque et baptizatus est atque a morbo suo curatus fuit. Adæus autem sumptibus Abgari regis Edessæ ecclesias exstruxit.*

(1) Constat hæc collectio duobus tomis, quorum prior 771, alter 731 paginas complectitur. Textus ad quem hic alluditur, reperitur tomo II, p. 118:

ܩܘܝ ܗܟܝܠ ܩܪܝܬܐ ܒܚܢܦܘܬܐ ܡܢ ܕܐܬܒܢܝܬ ܥܕܡܐ ܠܡܐܬܝܬܐ

ܕܫܠܝ̈ܚܐ ܩܕܝ̈ܫܐ : ܐܕܝ، ܘܡܪܝ : ܗܢܘܢ ܕܐܫܬܠܚܘ ܡܢ ܪܘܚܐ

ܕܩܘܕܫܐ ܠܡܣܒܪܘܬܐ ܕܐܬܪܢ. i. e.: Permansit igitur oppidum (Beth-Seleucia) in ethnicismo, ex quo fuit ædificatum usque ad adventum sanctorum apostolorum Adæi et Maris, qui missi fuerunt a Spiritu sancto ad evangelizandam nostram regionem. — Cfr. Khayyath, *Syri Orientales seu Chaldæi*, etc., p. 164; item G. Hoffmann, *Auszüge aus syrischen Akten persischer Märtyrer*, p. 45; ac Mösinger, *Monumenta syriaca ex Romanis codicibus collecta*, vol. II, p. 63-75.

Edessa cum duobus discipulis suis Aghæo et Mari in Orientem profectus, ibi evangelicam fidem prædicarunt. Postea Edessam reversi invenerunt regem fidelem Abgarum jam obiisse ejusque loco suffectum filium ejus ethnicum, christianorum inimicum. Ab eo Adæus apostolus die trigesima Tamuz (Julii) *occisus, in ecclesia quam ipse Edessæ ædificaverat, sepultus fuit.*

Post Adæum evangelistam aghæus, ejus discipulus. — *Hic vestes sericas regi Abgaro texebat, et post necem Adæi, magistri sui, fugit in Orientem. Cœpitque prædicare in tota Perside, Assyria, Media, Babylonia itemque Beth-Huzæis et Gelis usque ad regionum Indicarum fines. Deinde reversus est Edessam, quia timebat ne fides illic ob filii Abgari regis ethnicam superstitionem deficeret. Quum vero Edessam pervenisset, jussit eum Abgari regis filius serica sibi texere quemadmodum patri suo fecerat. Cui Aghæus :* Quo tempore, *inquit*, magister meus gregem Christi pascebat, equidem patris tui opus exercui : nunc vero quum mihi commisit pascendi munus, aliud negotium exsequi non possum. *Quamobrem ethnicus ille indignans, confractis ejus tibiis, eum occidit.*

Post Aghæum Mares, alter Adæi discipulus. — *Hic Mares, interfecto socio suo Aghæo, jam Edessæ consistere nequivit, sed migravit in Orientem, prædicavitque in Assyria et in universa terra Sennaar. Ferunt ejus tempore tercentas et sexaginta ecclesias fuisse ædificatas in Oriente. Primum quidem docuit incolas Beth-Garmai, postquam ingentes ab eis vexationes pertulisset ; deinde petiit Seleuciam, urbem Persarum regiam, quam Seleucus rex, unus ex Alexandri Magni servis, condiderat, et cui postea proxima ædificata fuit alia urbs, Ctesiphon appellata. Hanc quum ingressus est Mares, invenit magiæ deditam. Ipsis autem adventus ejus diebus quidam e civitatis proceribus gravi morbo ægrotavit : adiit eum Mares ac super eum vivificum crucis signum signavit. Tum aperuit oculos suos ægrotus dixitque adstantibus :* Vidi hunc peregrinum velut quempiam cœlo delapsum qui me manu apprehensum erexit, quumque aperuissem oculos vidi eum juxta me sedentem. *Quamobrem Mares ab incolis urbis exceptus est tanquam angelus Dei, multosque ex eis docuit et baptizavit. Ecclesias præterea in eadem urbe exstruere cœpit, mansitque ibi quindecim annos, confirmans eos in fide. Inde egressus, vicinas regiones omnes obivit, virtutes et prodigia stupenda efficiens. Expletis autem in prædicatione annis tribus et triginta, migravit ad Dominum in vico qui Badrana appellatur, atque in ecclesia quam ipse ibi ædificaverat sepultus est.*

Hucusque Barhebræus (1). Quæ jam sequuntur, desumpta sunt ex Amro (2). *Mar Mares, unus ex duobus legatis quos Abgarus, Edessæ rex, ad Christum Dominum misit, rogans eum ut adveniret seque a morbo quo laborabat curaret : alter enim pictor erat, quem idem Abgarus imaginem Christi servatoris depingere jusserat. Quum autem epistolam Christo reddidissent, dominum Thomam jussit responsum dare, scripsitque responsum syriace : epistola enim ab Abgaro transmissa syro sermone exarata erat ; tradiditque epistolam apostolo domino Mari, ad*

(1) Gregorii Barhebræi *Chronicon eccles.* ed. Abbeloos et Lamy, sect. 2ᵃ, tom. III, coll. 11-20. — (2) *Bibl. Orient.*, tom. III, part. II, p. 18 sqq.

Abgarum deferendam... At vero dominus Mares apostolus quum memoratam epistolam ad Christum Dominum attulisset, eo riso sermonibusque ejus auditis credidit in eum, et in numerum discipulorum aggregatus fuit. Quem tamen Servator cum discipulis diu manere noluit, sed jussit confestim ad Abgarum cum responsoriis litteris reverti et ex urbe Edessa non recedere, donec gratiam ibi acciperet : quandoquidem tempus crucifixionis appropinquabat. Mansit itaque hic apostolus Edessæ usque ad domini Adæi adventum, cui et socium sese adjunxit, et una cum ipso evangelicam doctrinam prædicavit. Ab Adæo autem et domino Thoma sacerdotium accepit : ambo siquidem patriarcham eum in universo Oriente instituerunt. Hi vero tres discipuli eorumque successores auditoresque totam Orientis regionem docuerunt a transitu Euphratis fluvii usque ad extremas Orientis partes.....

Quod si aliquando aliquas Orientis partes cum iis Matthæus evangelista obierit, non tamen Nisibis et Assyriæ fines transgressus est, sed iis lustratis mox rediit. Item Bartholomæus regiones quidem hasce aliasque peragravit, et in majori Armenia prædicavit; sed ibi non substitit, verum ad partes Indorum se contulit, ubi et pellis illi detracta fuit. Petrus denique quum Babylonem venisset, rediit. At dominus Thomas Indos Sindosque docuit, subjectasque regiones lustravit usque ad extremos Orientis fines. Adæus vero Edessæ prædicavit, et in Athur, et in Mosul, et in Haza, et in Arzan, et in Perside, et in Gebalæ terris, et usque ad Gog et Magog. Mares autem Radani primum, deinde Modainæ fidem prædicavit magno cum labore ingentique cura; namque ibi Persarum regia erat, ejusque urbis incolæ potiori ex parte Magi. Mox Dor-Kenæ et Cascaræ : et huic quidem episcopum instituit, qui primus in iis regionibus ordinatus est; atque idcirco primas omnium tenet, estque sedis patriarchalis custos. Demum se contulit ad annuntiandum evangelium cunctis partibus terræ Babylonis, et utriusque Arachæ, et Huzitarum, et Jamanæ et insulis, et Arabiæ scenitivæ et Nagranæ, et insulis maris Jamanæ et maris Indiarum : nec destitit universas hasce regiones obire et loca etiam quibus dominus Adæus fidem nuntiaverat invisere, ibique catechizare, baptizare, docere, ecclesias exstruere, morbos curare, signaque et prodigia patrare, donec plurimos ad fidem convertit christianamque religionem in illis partibus mirifice propagavit. Tum vero Modainam reversus, domicilium suum in ea sedemque patriarchalem fixit confirmavitque, præcipiens ut Catholicus non alibi in patriarcham Orientis quam Modainæ ordinaretur. Quum sacram liturgiam celebraret aut ordinationes faceret, albo pallio utebatur. Supervixit Adæo socio suo in munere prædicationis annos tres supra triginta; quumque morti proximus esset, præcepit ut successorem sibi ex urbe Hierusalem quærerent. Decessit sexta feria secundæ hebdomadæ æstatis, die 19 Julii, anno Græcorum tercentesimo nonagesimo tertio, sepultusque est ad dexteram altaris in majori Dorkenæ ecclesia.

Tandem hæc adducere juvat ex Mari, Salomonis filio (1) : *Dominus Mares apostolus, cujus precibus fideles omnes serventur, unus fuit ex iis quos septuaginta*

(1) *Bibl. Orient.*, ibid., p. 22 sqq.

discipuli ordinarunt, genere hebræus. Prædicationis initium fecit a Babylone, quam christiana fide imbuit. Sed et Huzitas docuit ceterasque Deglatæ (Tigris) *provincias et Persidem, et Cascaram, et Radana. Erat ibi vir quidam opulentissimus, nomine Helcana, qui tercentum et sexaginta ecclesias ædesque ac domos exstruxit, assignato singulis reditu. Mares vero Seleuciam petiit, quæ et Modaina dicitur et ad orientem solem posita est. Ctesiphon vero ad occidentem : eam autem Seleucus, unus ex Alexandri servis, ædificavit, etsi alii dicunt Modainam a Semiramide, Babylonis regina, conditam. Marim Dionysius presbyter secutus est. Quum autem Seleuciam venisset, Magorum sectam in ea vigentem reperit, cunctosque voluptatibus deditos. Adæum itaque per literas rogavit, ut alio migrandi sibi potestatem faceret ; at ille sub canonicis pœnis præcepit ne illinc discederet.* (Hic auctor miracula quædam subjungit ab ipso Mari perpetrata in conviviis Magorum Seleuciæ, quæ Syri ܦܘܩܪܐ *Phucre* vocant : quæ hic referre nec vacat, nec operæ pretium est.) (1). *Ecclesias autem quamplurimas mirifice exstruxit, quas inter ecclesiam majorem Modainæ et ecclesiam Dortæ in Bagdadensium urbe, quum Tirhanam regrederetur (Mar-Abas autem Modainæ ecclesiam, uti modo est, postea ampliavit) : abiitque Dor-Kenam, ubi erat nobilis matrona, Kona nomine, quæ ad fidem adducta sacroque initiata baptismo (credidit autem quum a lepra curata esset), prædium suum Mari concessit, qui Pyreum in ædem convertit, ubi postea conditus est. Inde Cascaram migravit. Erant autem Cascarenses idolorum cultores ; quumque fidem suscepissent, confractis idolis, ab ipso edocti baptizatique sunt : ordinavitque iis episcopum, qui primus omnium institutus est ; ideoque sedes Cascaræ reliquis sedibus præcedit : etsi alii dicunt sedium ordinem non ante definitum fuisse quam sanctus Maruthas, Maiapharchinensis episcopus, concilium cum sancto Isaaco Catholico celebrasset : et in eo quidem concilio canones conditos ; quorum unus is erat, ut Cascaræ episcopus omnium episcoporum primas teneret sedisque* patriarchalis *custos esset. Dasemsanam præterea Mares lustravit, et usque ad mare Persicum progressus est. Depinxit autem in ecclesiis imaginem Deiparæ, necnon icones justorum et Domini nostri effigiem, ut eorum aspectu corda fidelium illustrarentur ; idque Dominum ipsum imitando, qui mandylium cum sua impressa imagine ad Abgarum miserat. Denique ad paradisum translatus est, et cadaver in Dorkena sepultum. Præfuit triginta tres annos. Quod autem Modainæ ecclesia Coche appellata est, hanc causam referunt : erant nempe Coche mapalia Acrahi Mardansaæ, principis Ctesiphontis, cujus filiam quum sanctus Mares curasset, ab eodem locum illum dono accepit. Mar-Abas eamdem ecclesiam expensis Abdelmessiæ Hirtensis ampliavit. Ferunt, quum Abraham tertius Catholicus tumulum sancti Maris aperuisset, crabrones ex eo prodiisse ejusdemque Abrahæ in os involasse. Antequam decederet, Abilam Mares petierat, ibique ecclesiam ædificarat, ubi nunc Joannis Dilamitæ cella visitur, cujus monachi ædes illas incolunt ad hæc usque tempora. Obiit S. Mares anno Alexandri nonagesimo tertio supra tercentesimum, hebdomada secunda post eam quæ Apostolorum dicitur, die decima nona Julii.*

(1) Hæc in parenthesi posita animadversio est Assemani.

ܬܫܥܝܬܐ

ܕܡܪܝ ܡܪܝ ܫܠܝܚܐ [1] ⁘

ܒܚܝܠ ܐܠܗܐ ܟܬܒܝܢ ܬܫܥܝܬܐ ܕܡܪܝ ܡܪܝ ܫܠܝܚܐ ܚܕ ܡܢ ܫܒܥܝܢ. ܡܪܢ ܢܥܕܪܢܝ ܐܡܝܢ. ܡܢ ܒܬܪ ܕܫܠܡ ܚܡܫܬܥܣܪܐ ܫܢ̈ܝܢ ܕܡܠܟ ܗܘܐ ܠܛܝܒܪܝܘܣ ܩܣܪ. ܟܕ ܬܘܒ ܫܪܝ ܕܢܫܠܡܘܢ ܡܬܘܪܬܐ ܢܨܝܚܬܐ ܬܠܬ ܫܢ̈ܝܢ ܕܡܕܒܪܢܘܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܕܒܝܬ ܒܢ̈ܝܢܫܐ. ܗܘܝܘ ܕܒܗܝܢ ܦܘܪܩܢܐ ܕܟܠܗ ܒܪܝܬܐ: ܕܥ̈ܠܝܐ ܘܬܚ̈ܬܝܐ ܐܫܬܟܠܠ. ܒܙܒܢܐ ܕܩܪܝܒ ܗܘܐ ܠܗ ܫܘܠܡܐ ܕܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܦܪܘܩܐ: ܠܘ ܒܝܬ ܝܗ̈ܘܕܝܐ: ܐܠܐ

[1] ܒܫܢܬ ܩܟܗ ܠܡܪܢ : anno Domini 125 *add.* S., hoc est *apogr. cl.* Sachau, de quo vide *Proleg.*

Historia Mar Maris apostoli.

Vivente adhuc in terris Christo, effigies ejus depicta fuit, et fama miraculorum ejus

1. Per virtutem Dei scribimus historiam Mar Maris apostoli, unius ex Septuaginta. Dominus adjuvet me! Amen.

Expletis annis quindecim regni Tiberii Cæsaris, quum jam in eo erant ut exitum præstantissimum haberent tres anni œconomiæ (1) Domini Jesu inter homines, intra quos redemptio universorum, supernorum atque infernorum perfecta est, eo tempore quo jam consummanda (2) erat œconomia Salvatoris, tum non inter Judæos tantum,

(1) ܡܕܒܪܢܘܬܐ *gubernationem, regimen* significat. Quæ vox, ubi de Deo agitur, *providentiam* notat; si de Christo, gesta ac facta Ejus in carne, incarnationem Ejus et vitam, quam græci Patres οἰκονομίαν vocant; nam " οἰκονομία illa " complectitur quæ spectant ad statum operationemque Dei ad nostram sese " conditionem applicantis, quam et ἔνσαρκον οἰκονομίαν Græci, Latini incarnatio- " nem et vitam in carne Christi redemptoris appellant. „ Et " cum de Christo " loquuntur veteres, naturas in illo discernunt duas; et uni, hoc est divinæ, " θεολογίας nomen, humanæ vero οἰκονομίας assignant. „ Ita Petavius, *De incarnat. Verbi,* lib. IV, cap. I, n. 1 : et *Proleg.* cap. I, n. 1. — (2) Pressius : *eo tempore quo imminebat terminus œconomiæ Salvatoris.* Est enim ܫܘܠܡܐ idem ac *terminus, scopus* seu *causa finalis.*

ܒܟܠܗܘܢ ܥܡ̈ܡܐ ܪܗܛܬ ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܡܕܒܪܢܘܬܐ. ܘܠܘܬܗ ܡܪܢ
ܡܩܪܒܝܢ ܗܘܘ. ܘܚܝ̈ܐ ܢܣܒܝܢ ܗܘܘ. ܘܗܘ ܥܠ ܣܒܪܐ ܕܥܠܡܐ
ܕܥܬܝܕ ܠܗܘܢ ܡܣܒܪ ܗܘܐ. ܗܢܝܢ ܕܠܘ ܒܡ̈ܠܐ. ܐܠܐ ܐܦ
ܒܥܒ̈ܕܐ ܠܗܘܢ ܚܙܝܢ ܗܘܘ. ܘܒܠܒܐ ܡܢ ܠܘܬܗ ܐܙܠܝܢ ܗܘܘ.
ܟܕ ܫܪܝܐ ܕܒܫ̈ܘܩܬܗܘܢ ܘܒܘܠܠܐ ܕܚܛ̈ܗܝܗܘܢ ܢܣܒܝܢ ܗܘܘ.
ܘܥܠ ܐܦ̈ܝ ܗܕܐ ܒܙ̈ܢܝܢ ܙ̈ܢܝܢ ܠܕܡܘܬܗ ܘܠܨܠܡܗ
ܕܡܪܢ ܣܓܝܕܐ: ܘܫܪܝܪܐܝܬ ܨܪ̈ܝܢ ܗܘܘ: ܐܝܟ ܕܡܫܘܕܥ ܚܕ
ܡܢ ܠܒܫ̈ܝ ܐܠܗܐ. ܕܟܕ ܐܙܠܬ ܠܝ ܒܙܒܢ ܠܩܣܪܝܐ ܕܦܝܠܝܦܘܣ:
ܚܙܝܬ ܬܡܢ ܨܠܡܗ ܕܦܪܘܩܢ ܡܫܝܚܐ ܕܒܦܓܪ. ܐܢܬܬܐ ܕܝܢ[1]
ܗܝ ܕܟܬܝܒ ܥܠܝܗ̇ ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ: ܕܫ̈ܢܝܢ ܬܪ̈ܬܥܣܪܐ ܪܕܐ
ܗܘܐ ܕܡܗ̇: ܚܙܝܬ ܥܠ ܬܪܥܐ ܕܒܝܬܗ̇: ܟܕ ܩܐܡ ܥܠ ܟܐܦܐ
ܪܡܬܐ: ܨܠܡܐ ܚܕ ܕܢܚܫܐ. ܘܒܪܟܐ ܥܠ ܒܘܪ̈ܟܝܗ̇: ܘܦܫܛܐ
ܐܝܕܗ̇ ܠܩܕܡܘܗܝ، ܘܡܬܟܫܦܐ ܐܝܟ ܕܠܕܡܘܬܐ. ܘܠܘܩܒܠܗ̇
ܬܘܒ ܩܐܡ ܨܠܡܐ ܐܚܪܢܐ ܕܢܚܫܐ: ܕܓܒܪܐ ܚܕ ܕܡܥܛܦ

[1] S. *om.* ܕܝܢ

sed inter omnes gentes cucurrit illius salvificæ œconomiæ prædicatio, istæque ad Dominum accedebant et salutem recipiebant; hic autem super spe seculi futuri illis evangelizabat talia quæ non modo per verba, sed etiam in opere ipsis apparerent. Porro animose ab illo discedebant, liberatione ab afflictionibus suis ac peccatorum remissione accepta. Et propterea variis sub formis similitudinem et imaginem Domini nostri adorabilis veraciter delinearunt, prout significat quidam e deiferis (1), scilicet : Quum venissem aliquando Cæsaream Philippi, vidi illic imaginem redemptoris nostri Christi in corpore; etenim ad limen domus mulieris istius de qua scriptum est in Evangelio per annos duodecim fluxisse ejus sanguinem, vidi rupi celsæ erectam statuam quamdam æneam procumbentem in genua, manumque suam protendentem et veluti simulacro alii supplicantem; nam ex ejus conspectu stabat alia statua ænea cujusdam

(1) Sequentem historiam narrat quoque Eusebius, *Hist. eccl.*, lib. VII, cap. 18.

ܦܪܝܣܐ : ܘܡܘܫܛ ܐܝܕܗ ܠܘܬ ܗܕܐ ܐܢܬܬܐ. ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܢܕܪܝܛܐ ܕܡܘܬܗ ܗ̇ܝ ܕܦܪܘܩܢ ܐܝܟ ܕܐܣܗܕܘ ܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܐܬܥܕܪܘ ܡܢ ܡܪܢ ܘܦܪܘܩܢ : ܨܪܘ ܗܘܘ ܠܨܠܡܗ ܒܕܘܟ ܕܘܟ ܒܨܒܬܐ ܫܦܝܪܐ. ܘܩܝܡܝܢ ܐܢܘܢ ܕܥܕܡܐ ܠܗܫܐ. ܡܛܠ ܕܒܪܫܝܬ ܚܢܦܐܝܬ ܒܗܢܐ ܐܣܟܡܐ ܐܝܟ : ܠܦܪܘܩܐ ܠܡܫܝܚܐ ܡܝܩܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ ܗܟܢܐ. ܠܐ ܒܠܚܘܕ ܕܝܢ ܥܠ ܥܡܐ. ܐܠܐ ܘܐܦ ܥܕܡܐ ܠܡܠܟܐ ܡܛܬ ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܐܝܟ ܡܐ ܕܝܠܦܢ ܡܢ ܬܫܥܝܬܐ ܥܬܝܩܬܐ. ܕܒܙܒܢܐ ܗ̇ܘ ܕܒܗ ܗܘܐ ܠܗ ܫܘܠܡܐ ܕܦܪܘܩܢ : ܦܪܚ ܛܒܗ ܕܐܣܝܘܬܗ ܕܦܪܘܩܢ ܡܫܝܚܐ ܥܕܡܐ ܠܘܬ ܐܒܓܪ ܡܪܗ ܕܐܘܪܗܝ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܠܗܢܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܟܘܪܗܢܐ ܡܪܝܪܐ : ܐܝܢܐ ܕܐܡܝܢܐܝܬ ܚܫܐ ܗܘܐ ܠܗ. ܟܐܒ ܦܪܓܠܐ. ܘܫܡܥ ܟܠ ܦܪܘܩܢ ܕܥܒܕ ܗܘܐ ܚܝܠܐ ܘܬܕܡܪܬܐ. ܘܟܬܒ ܠܗ ܐܓܪܬܐ :

viri pallio induti et manum suam ad illam mulierem extendentis; isthæc autem imago similitudinem referebat Salvatoris nostri, prout ii qui a Domino salvatore nostro adjuti fuerunt contestantur omnes. Variis in locis ejus effigiem optimis coloribus depinxerant, atque illæ adhuc hodie supersunt; initio enim idololatræ sic profano modo sub hac forma Christo tanquam redemptori honorem ipsi deferebant; nec ad plebeios tantum, verum etiam usque ad regem pervenit prædicatio regni cœlorum, quemadmodum ex antiquis historiis discimus.

excitus Abgarus, rex Edessæ, scripsit ad eum, rogans sanationem. Christus ei per litteras respondit

2. Nimirum quo tempore Salvator metam (1) contingebat, evolavit fama medendi potestatis Christi salvatoris usque ad Abgarum (2), urbis Edessæ (3) toparcham, qui quidem gravi laborabat infirmitate eaque continuo vexabatur, scilicet podagræ dolore; quumque audisset Salvatorem nostrum virtutes et miracula operari, epistolam illi scripsit,

(1) Aramaice ܫܘܠܡܐ, quæ vox explicata fuit supra. — (2) De Abgaro deque origine historiæ imaginis ἀχειροποιήτου videsis Ill. Hefele in *Kirchenlexicon*, ed. altera, art. *Abgar*. — (3) Nomen celeberrimæ civitati a Græcis inditum servamus. In textu vero Actorum, sicut apud syros scriptores ubique vocatur ܐܘܪܗܝ *Orhai* sive *Urhai;* hodie dicitur *Urfa*. Conjicit Sachau, *Reise*, pag. 209, incolarum 50,000 in oppido nunc degere, ex quibus 12,000 sint christiani, maxime armeni.

ܘܫܕܪ ܠܘܬܗ ܫܠܝ̈ܚܐ ܘܐܝܓܪ̈ܬܐ: ܐܝܟ ܕܢܐܬܐ ܠܘܬܗ
ܘܢܣܒ ܠܗ ܐܣܝܘܬܐ. ܟܬܒ ܠܗ ܕܝܢ ܒܐܓܪܬܗ ܗܟܢܐ ܀
ܐܒܓܪ ܐܘܟܡܐ ܒܪ ܐܬܪܐ ܠܝܫܘܥ ܐܣܝܐ ܛܒܐ ܫܠܡ ܃ ܫܡܥܬ
ܥܠܝܟ ܕܡܕܟܐ ܐܢܬ ܓܪ̈ܒܐ. ܘܪ̈ܘܚܐ ܛܢ̈ܦܬܐ ܡܦܩ ܐܢܬ. ܘܫ̈ܐܕܐ
ܛܪܕ ܐܢܬ. ܘܪܢܝܬ ܥܠܝܟ ܕܐܠܗܐ ܐܢܬ ܐܘ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ: ܕܐܬܝܬ
ܠܡܣܝܘ̇ ܕܒܪ̈ܝܬܐ. ܒܟܐܒܐ ܚܒܝܫ ܐܢܐ ܠܝ. ܘܒܥܐ ܐܢܐ[1] ܡܢܟ
ܕܬܐܬܐ ܠܘܬܝ., ܕܬܐܣܐ ܠܟܐܒܐ ܗܢܐ. ܘܐܦ ܫܡܥܬ ܥܠܝܟ :
ܕܝܗܘ̈ܕܝܐ ܕܒܢܝ ܥܡܟ ܣܢܝܢ ܠܟ: ܘܒܥܝܢ ܕܢܒܐܫܘܢ ܠܟ. ܘܐܢ
ܨܒܐ ܐܢܬ: ܡܕܝܢܬܐ ܚܕܐ ܙܥܘܪܬܐ ܐܝܬ ܠܝ: ܕܣܦܩܐ ܠܝ
ܘܠܟ: ܘܫܦܝܐ ܠܬܪܝܢ. ܘܬܡܢ ܒܫܝܢܐ ܢܗܘܐ. ܘܐܬܘ ܐܝܓܪ̈ܬܐ
ܘܥܠܘ ܠܐܘܪܫܠܡ: ܒܬܪܥܣܪ ܒܢܝܣܢ. ܘܐܫܟܚܘܗܝ
ܠܡܫܝܚܐ ܒܒܝܬ ܚܕ ܪܒ ܟܘ̈ܗܢܐ ܕܝܗ̈ܘܕܝܐ. ܘܐܬܩܪܝܬ ܐܓܪܬܐ
ܩܕܡܘܗܝ: ܘܠܐ ܗܘܐ ܐܬܪܐ ܠܡܪܢ ܕܢܫܕܪ ܠܘܬܗ ܐܝܓܪ̈ܬܐ.

[1] S. *habet* ܘܒܥܐ ܐܢܐ

oratoresque ac legatos misit ad illum, ut ad ipsum veniret et sanitatem ipsi restitueret. Scripsit vero in illa epistola ad hunc modum : " Abgar Uchama toparcha Jesu servatori salutem ! Audivi a te leprosos mundari, spiritus immundos expelli atque dæmones extrudi. " Quare de te cogitavi te aut Deum esse aut Dei filium qui venisti " ad sanandam creaturam. Acri morbo laboro, et rogo te ut " ad me venias atque istam infirmitatem sanes. Præterea audivi " te a Judæis, concivibus tuis, odio haberi, eosque tibi malum " moliri. Itaque, si id tibi placet, civitatem unam parvam habeo, " mihi et tibi convenientem et utrique sufficientem, ibique quieti " erimus „ (1). Advenerunt isti legati et ingressi sunt Jerosolymam duodecima mensis Nisan. Porro invenerunt Christum in domo cujusdam principis sacerdotum et prælectæ sunt coram eo litteræ. Defuit autem Domino opportunitas legatos mittendi ad illum,

(1) Syriace edita reperitur hæc epistola apud Cureton, *Ancient Syriac documents*, p. ܒ, et Abbeloos, *De vita et scriptis S. Jacobi Sarugensis*, p. 5.

ܘܐܦܠܐ ܐܬܚܙܝܬ ܠܗ ܕܬܦܘܩ ܣܒܪܬܗ ܠܘܬ ܥܡ̈ܡܐ : ܡܢ ܩܕܡ ܩܝܡܬܗ. ܡܛܠܗܢܐ ܠܐ ܫܕܪ ܠܘܬܗ ܫܠܝ̈ܚܐ. ܦܢܝ ܕܝܢ ܦܬܓܡܐ ܕܫܠܡ ܠܗ. ܟܬܒ ܠܗ ܕܝܢ ܥܠܝܗ ܗܟܢܐ. ܥܠ ܟܬܝܒ : ܕܛܘܒܝܗܘܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܚܙܐܘܢܝ ܘܗܝܡܢܘ ܒܝ. ܐܠܐ ܕܝܢ ܗܫܐ : ܥܒܕܐ ܕܗܘ ܕܫܕܪܢܝ ܣܢܝܩ ܐܢܐ ܠܡܫܠܡܘ. ܐܠܐ ܡܢ ܒܬܪ ܩܝܡܬܝ، ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܐܣܬܠܩܬ ܠܫܡܝܐ. ܡܫܕܪ ܐܢܐ ܠܘܬܟ ܚܕ ܡܢ ܬܠܡܝ̈ܕܝ، ܕܢܐܣܐ ܟܐܒܟ ܘܐܦ ܚܝ̈ܐ ܢܬܠ ܠܟ. ܘܐܦ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬ ܥܡܟ. ܘܡܕܝܢܬܟ ܬܗܘܐ ܒܪܝܟܐ. ܘܒܥܠܕܒܒܐ ܠܐ ܢܫܬܠܛ ܒܗ.

ܘܐܬܬ ܐܓܪܬܐ ܠܐܒܓܪ ܡܠܟܐ. ܘܩܒܠܗ̇ ܒܚܕܘܬܐ ܪܒܬܐ. ܘܟܕ ܬܢܘ ܠܗ ܐܝܠܝܢ ܬܕܡ̈ܪܬܐ ܕܡܣܬܥܪ̈ܢ ܗܘܝ ܒܐܪܥܐ ܕܝܗܘܕ : ܬܗܪ ܗܘܐ ܘܡܬܕܡܪ ܗܘܐ ܒܚܝܠܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܕܠܐ ܫܘܐ ܠܗܕܐ ܚܙܬܐ : ܒܟܪܝܘܬܐ ܪܒܬܐ ܐܚܝܕܗ، ܗܘܐ. ܡܢܐ ܥܒܕ ܥܒܕ ܡܠܟܐ ܐܒܓܪ. ܫܩܠ ܨܝܪ̈ܐ ܡܗܝܪ̈ܐ ܘܫܕܪ ܐܢܘܢ :

neque etiam ipsi visum est evangelium ad gentes ante ipsius resurrectionem exire; atque idcirco apostolos ad eum non misit. Interim responsum dedit illi, pacem rescribens hoc modo: " Scriptum est de " me : Beati qui non viderunt me et crediderunt in me. Ast vero " nunc opus Ejus qui misit me necesse habeo perficere ; sed post " resurrectionem meam et quum ascendero in cœlum, mittam ad te " unum e discipulis meis qui morbum tuum sanet et salutem conferat tibi atque iis qui tecum sunt. Et urbs tua erit benedicta, nec " adversarius in ea dominabitur „ (1).

et pictoribus a rege delegatis dedit imaginem

3. Tradita est hæc epistola Abgaro regi, qui eam magno cum gaudio excepit. Quumque ei referrent mirabilia ab illo in terra Judææ patrata, obstupuit et admiratus est Dei virtutem; quodque tali spectaculo haud dignus esset, ingenti dolore afficiebatur. Quid igitur egit

(1) Eamdem epistolam, in pluribus variantem, exhibent Cureton, *op. cit.*, p. ܒ et ܓ et Abbeloos, *op. cit.*, p. 6. Ad ultima ejus verba alludit Josue Stylites in Chronico (apud Assemanum, *Bibl. Orient.* I, 261, Martin, *Chronique de Josué le Stylite*, 1876, p. XIII et Wright, *The Chronicle of Joshua the Stylite*, 1882, pp. 5 et 6).

ܕܢܐܙܠܘܢ ܥܡ ܐܝܓܪ̈ܬܗ ܘܢܨܘܪܘܢ ܘܢܝܬܘܢ[1] ܒܨܘܪܬܐ : ܦܪܨܘܦܗ ܕܡܪܢ. ܕܢܬܒܣܡ ܚܙܬܐ ܐܝܟ ܕܒܦܪܨܘܦܗ. ܟܕ ܕܝܢ ܨܝܪ̈ܐ ܥܡ ܐܝܓܪ̈ܬܐ ܕܡܠܟܐ. ܘܨܘܪܬܐ ܕܐܢܫܘܬܗ ܣܓܝܕܬܐ ܕܡܪܢ : ܕܢܨܘܪܘܢ ܠܐ ܐܫܟܚܘ. ܡܪܢ ܕܝܢ : ܟܕ ܚܝܪ ܒܗܘܢ[2] ܒܝܕܥܬܐ ܕܐܠܗܘܬܗ : ܒܚܘܒܗ ܕܐܒܓܪ ܕܠܘܬܗ. ܟܕ ܚܙܐ ܐܢܘܢ ܠܨܝܪ̈ܐ ܕܠܐܝܘ ܕܢܫܟܚܘܢ ܨܠܡܐ ܕܢܨܘܪܘܢ ܐܝܟ ܕܐܝܬܘܗܝ، ܘܠܐ ܐܫܟܚܘ : ܫܩܠܗ ܠܣܘܕܪܐ ܘܛܒܥܗ ܒܦܪܨܘܦܗ ܡܚܝܢܐ ܕܥܠܡܐ : ܘܗܘܐ ܐܝܟ ܕܐܝܬܘܗܝ.، ܘܐܬܝܬܝ، ܘܗܝ ܣܘܕܪܐ : ܘܐܝܟ ܡܒܘܥܐ ܕܥܘܕܪ̈ܢܐ ܐܬܬܣܝܡܬ ܒܥܕܬܐ ܕܐܘܪܗܝ، ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ.

ܘܡܢ ܒܬܪ ܣܘܠܩܗ ܕܡܪܢ : ܟܕ ܐܬܒܕܪܘ ܫܠܝ̈ܚܐ ܒܒܪܝܬܐ : ܐܥܒܕܬ ܛܝܒܘܬܐ ܕܐܠܗܐ. ܘܠܚܕ ܡܢ ܫܒܥܝܢ ܘܬܪܝܢ ܫܠܝܚܝܢ. ܗ̇ܘ ܕܡܬܩܪܐ ܠܗ ܐܕܝ : ܕܢܩܦ ܗܘܐ ܠܬܐܘܡܐ ܫܠܝܚܐ : ܫܕܪܗ ܬܐܘܡܐ ܚܕ ܡܢ ܬܪܥܣܪ ܠܐܘܪܗܝ ܡܕܝܢܬܐ : ܘܟܕ ܐܬܐ ܠܬܡܢ

[1] S. ܘܢܬܘܢ — [2] S. *om.* ܒܗܘܢ

Abgar rex? Vidit pictores sollertes, eosque jussit cum legatis suis proficisci, qui ita Domini imaginem depictam referrent, ut ejus effigie frueretur veluti ejusdem conspectu. Itaque pictores cum legatis regiis advenerunt, sed effigiem humanitatis adorabilis Domini delineare non potuerunt. Dominus autem, ut qui divinitatis suæ scientia Abgari erga ipsum affectum perspiciebat, quum vidisset pictores illos laborare ad inveniendam effigiem qua Jesum, uti est, depingerent, idque non posse, accepit sindonem eamque impressit in faciem suam Salvator mundi, et facta est sicut erat Ipse. Et allata est ista sindon et veluti fons auxiliorum reposita in ecclesia Edessæ usque in hodiernum diem.

suam expressam in sindone.

4. Jamvero post ascensionem Domini, quum apostoli per orbem dispergerentur, effecit Dei bonitas ut unus e septuaginta duobus missis, Adæus nomine, qui adhæserat Thomæ apostolo, mitteretur a Thoma, uno ex duodecim, in civitatem Edessæ. Quo ubi advenit

Post ascensionem Domini, missus a S. Thoma apostolo

ܐܕܝ: ܫܪܐ ܒܒܝܬܗ ܕܓܒܪܐ ܚܕ ܕܡܬܩܪܐ ܗܘܐ ܛܘܒܢܐ. ܫܪܝ، ܕܝܢ ܕܢܥܒܕ ܬܕܡܪ̈ܬܐ. ܟܕ ܕܝܢ ܐܫܬܡܥܬ ܥܠܘܗܝ، ܡܠܬܐ: ܐܘܕܥܘܗܝ، ܠܐܒܓܪ. ܕܐܬܐ ܫܠܝܚܗ ܕܝܫܘܥ ܠܗܪܟܐ. ܘܫܕܪ ܡܠܟܐ ܩܪܐ ܠܛܘܒܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܫܡܥܬ ܕܓܒܪܐ ܚܝܠܬܢܐ ܫܪܐ ܒܒܝܬܟ. ܐܣܩܝܗܝ، ܗܟܝܠ ܠܘܬܝ. ܘܒܗ̇ ܒܫܥܬܐ ܩܡ ܓܒܪܐ ܗ̇ܘ ܘܐܝܬܝܗ ܠܐܕܝ، ܠܘܬ ܐܒܓܪ. ܘܥܠ ܩܕܡܘܗܝ، : ܟܕ ܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ : ܐܝܬ ܩܕܡ ܡܠܟܐ : ܘܟܕ ܥܠ : ܚܙܘܐ ܬܡܝܗܐ ܐܬܚܙܝ، ܠܡܠܟܐ ܡܢ ܦܪ̈ܨܘܦܗ ܕܐܕܝ. ܘܢܦܠ ܡܠܟܐ ܘܣܓܕ ܗܘܐ ܠܦܪ̈ܨܘܦܗ ܕܐܕܝ. ܪܘܪ̈ܒܢܐ ܕܝܢ ܠܐ ܚܙܘ ܬܫܒܘܚܬܐ. ܬܡܗܝܢ ܗܘܘ ܕܝܢ ܛܒ. ܕܟܕ ܓܒܪܐ ܕܠܒܝܫ ܡܐܢ̈ܐ ܨܐܝ̈ܐ : ܐܝܟܢ ܐܙܝܥܗ ܠܡܠܟܐ : ܚܘܝܗ ܕܝܢ ܡܫܝܚܐ ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܝܩܪܗ : ܒܗܘ ܕܐܬܐ ܠܘܬܗ. ܥܢܐ ܐܕܝ، ܘܐܡܪ ܠܡܠܟܐ ܠܡܢܐ ܩܪܝܬܢܝ. ܐܡܪ ܡܠܟܐ. ܫܡܥܬ ܥܠܝܟ : ܕܬܕܡܪ̈ܬܐ ܥܒܕ ܐܢܬ ܘܚܝܠܐ. ܘܬܠܡܝܕܐ ܐܢܬ ܕܝܫܘܥ ܕܐܡܪ ܠܝ : ܘܟܬܒ ܠܝ.

Adæus, unus e Septuaginta, regem et alios sanavit.

Adæus, divertit in domum cujusdam viri qui appellabatur Tubana (1), cœpitque patrare miracula. Quum autem rumor de eo audiretur, nuntiatum est Abgaro apostolum Jesu illuc advenisse; rex vero Tubanam accersivit eique dixit : *Audivi virum potentem in domo tua versari; jube illum ad me ascendere.* Itaque vir ille, nihil cunctatus, surrexit et adduxit Adæum ad Abgarum. Coram quo hic ingressus est, dum cœtus multus erat coram rege. Quumque ingressus esset, visio mirabilis apparuit regi e facie Adæi, seque prostravit rex et adoravit Adæi faciem. Magnates vero, splendorem haud videntes, mirabantur valde quomodo vir sordidis vestibus indutus sic commovisset regem; huic autem splendorem suum gloriosum Christus in eo qui venerat ad ipsum, ostenderat. Respondit Adæus et dixit regi : *Quare vocasti me?* Dixit rex : *Audivi de te quod mirabilia operaris atque virtutes, quodque discipulus es Jesu qui mihi dixit ac scripsit mihi : Post resurrectionem meam mittam ad te unum e*

(1) Is apud Eusebium, *Hist. eccles.*, lib. I, cap. ult., dicitur Τωβίας.

ܕܟܬܪ[1] ܡܫܝܚܐ، ܡܫܕܪ ܐܢܐ ܠܘܬܟ ܚܕ ܡܢ ܬܠܡܝ̈ܕܝ. ܠܘܬܝ ܓܝܪ ܐܬܝܬ ܕܬܐܣܐ ܠܝ ܐܣܝܘܬܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܐܕܝ. ܐܢ ܡܗܝܡܢ ܐܢܬ ܢܗܘܘܢ ܠܟ ܫܐ̈ܠܬܟ. ܟܠܡܕܡ ܡܫܟܚ ܢܗܘܐ ܠܡܗܝܡܢ. ܗܝܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ. ܗܟܢܐ ܗܝܡܢܬ ܒܗ[2] : ܕܐܦ ܠܝܗܘܕܝܐ ܕܨܠܒܘܗܝ، ܨܒܝܬ ܗܘܝܬ ܕܐܫܕܪ ܚܝܠܐ ܘܐܚܪܘܒ ܐܢܘܢ. ܐܠܘܠܐ ܕܐܬܟܠܝܬ ܡܢ ܡܠܟܘܬܐ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ. ܘܒܬܪ ܗܠܝܢ ܣܡ ܠܗ ܐܝܕܐ : ܘܒܚܝܠܗ ܕܝܫܘܥ ܐܬܐܣܝܘ ܟܠܗܘܢ ܟܐܒ̈ܘܗܝ، ܘܬܡܗ ܗܘܐ ܐܒܓܪ ܘܐܬܕܡܪ. ܕܝ ܝܗܒ ܗܘܐ ܠܗ ܐܬܐ ܬܡܝܗܬܐ. ܐܣܝܘܬܐ ܕܡܢ ܟܐܒ ܪ̈ܓܠܐ. ܕܡܬܩܪܐ ܦܕܓܪܐ.[3] ܘܐܦ ܠܚܕ ܡܢ ܡܫܡܫܢܘ̈ܗܝ، ܕܫܡܗ ܗܘܐ ܥܒܕ ܒܪ ܥܒܕܘ. ܘܐܣܝܗ ܡܢ ܟܘܪܗܢܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ. ܘܐܦ ܗܘ ܡܚܕܐ ܢܦܠ ܥܠ ܪ̈ܓܠܘܗܝ، ܕܛܘܒܢܐ ܐܕܝ، ܘܣܓܕ. ܘܠܫܪܟܐ ܒܢ̈ܝ ܡܕܝܢܬܗܘܢ ܐܣܝ.

[1] S. ܕܒܬܪ — [2] S. *add.* ܕܐܫܕܪ — [3] S. ܦܕܓܪܐ

discipulis meis. Ad me enim venisti ut me sanitati redderes. Dixit illi Adæus : *Si credis, fient tibi petitiones tuæ; omnia possibilia erunt credenti.* Tunc dixit illi rex : *Sic credidi in illum ut etiam contra Judæos qui Illum crucifixerunt voluissem mittere exercitum eosque delere, nisi prohibitus ab imperio Romano fuissem.* Porro post hæc imposuit illi manum, et per virtutem Jesu curatæ sunt omnes ejus infirmitates. Et obstupuit Abgar atque admiratus est, quod ei dedisset signum admirabile, sanationem scilicet e morbo pedum, qui dicitur podagra. Pariter unum ex ejus ministris, cui nomen Ebd-bar-Abdo (1), sanavit ex infirmitate qua laborabat; atque hic etiam protinus ad pedes beati Adæi procidit et adoravit. Alios denique incolas civitatis eorum sanavit.

(1) Id est *Ebd* (vel *Abd), filius Abdo ;* istud nomen pariter occurrit apud Cureton, *Anc. syr. doc.*, p. ܝܒ, ubi scribitur ܥܒܕܘ ܒܪ ܥܒܕܘ *Abdu bar-Abdu.* Apud Eusebium quoque (loc. modo cit.) dicitur Ἄβδος ὁ τοῦ Ἄβδου podagra laborasse.

ܘܟܕ ܚܙܐ ܡܠܟܐ ܘܪܘܪ̈ܒܢܘܗܝ ܐܬܘ̈ܬܐ ܕܗܘܝ̈. ܫܪܝܘ ܕܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܒܥܝܢ ܡܢܟ ܕܬܐܡܪ ܠܢ ܕܝܫܘܥ ܡܢܘ: ܘܡܢ ܐܠܦ. ܘܡܢܐ ܥܒܕ. ܐܡܪ ܠܗ ܐܕܝ ܠܡܠܟܐ. ܥܕܢܐ ܗܫܐ ܥܒܪ: ܐܠܐ ܐܢ ܒܥܐ ܐܢܬ ܕܐܡܪ ܠܟ: ܦܩܘܕ ܠܟܠܗܘܢ ܚܝܠܘܬܟ. ܘܐܬܐ ܐܢܐ[1] ܒܨܦܪܐ: ܘܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟ ܫܪܒܗ ܕܝܫܘܥ. ܡܠܟܐ ܕܝܢ: ܩܒܠ ܡܠܬܗ ܚܕܝܐܝܬ. ܘܦܩܕ ܟܢܫ[2] ܠܟܠܗܘܢ ܪܘܪ̈ܒܢܘܗܝ. ܘܐܬܐ ܐܕܝ ܒܨܦܪܐ[3]: ܘܫܪܝ ܕܢܐܡܪ ܠܗ ܥܠ ܡܕܒܪܢܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ. ܕܐܝܟܢ ܒܪܐ ܠܒܪ̈ܝܬܐ. ܘܐܝܟܢ ܥܒܕ ܠܟܝܢܐ ܕܒܢܝܢܫܐ: ܘܐܝܠܝܢ ܫܘܘ̈ܕܝܐ ܥܒܕ ܠܘܬ ܩܕ̈ܡܝܐ. ܘܥܠ ܡܐܬܝܬܐ ܕܢܒ̈ܝܐ. ܘܥܠ ܡܐܬܝܬܐ ܕܡܫܝܚܐ[4]: ܘܥܠ ܐܬܘ̈ܬܐ ܕܥܒܕ: ܘܥܠ ܩܝܡܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܣܘܠܩܗ ܕܠܫܡܝܐ. ܘܥܠ ܡܘܗܒܬܐ ܕܝܗܒ ܠܢܒ̈ܝܐ ܘܠܫܠܝ̈ܚܐ ܕܢܟܪܙܘܢ ܠܥܡ̈ܡܐ. ܘܟܡܐ ܕܫܠܝܚܐ ܐܡܪ ܗܘܐ ܡܠܟܐ ܡܫܒܚ ܗܘܐ ܠܡܠܘ̈ܗܝ. ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܡܫܪܪ ܗܘܐ ܠܡܠܘ̈ܗܝ ܒܣܘܥܪܢܘܬܐ

[1] S. ܐܬܝܬ — [2] *Codex* K. *Ill. Khayyath legit* ܦܪܐ — [3] K. ܠܨܦܪܐ ܕܝܘܡܐ — [4] S. ܕܡܫܝܚܐ

Omnibus per Mesopotamiam fere totam ad fidem conversis et ecclesia Edessæ plene constituta, Adæus moritur.

5. Quumque vidissent rex et proceres ejus signa ab illo effecta, cœperunt illi dicere : *Rogamus te ut dicas nobis Jesus quisnam fuerit, et quid docuerit, et quid fecerit.* Dixit autem Adæus regi : *Hora nunc præteriit; at, si me cupis loqui ad te, jube convocari omnes copias tuas, et primo mane redibo, dicamque tibi historiam Jesu.* Rex autem verbum ejus lætus accepit, ac proceres suos omnes convocari jussit. Et Adæus quidem diluculo venit, cœpitque cum illo loqui de providentia divina : quomodo creaverit creaturas, et quomodo fecerit naturam hominum; et quasnam promissiones fecerit ad protoparentes; et de adventu prophetarum, et de adventu Christi; et de signis quæ patravit; et de resurrectione Christi ac de Ejus ascensione in cœlum; et de dono quod dedit prophetis et apostolis ut prædicarent gentibus. Porro quantumcumque diceret apostolus, laudabat rex verba illius, et Spiritus sanctus confirmabat ejus verba per effectionem signorum.

ܕܐܬܘ̈ܬܐ. ܘܒܪ ܫܥܬܗ ܐܬܬܠܡܕܬ ܡܕܝܢܬܐ ܘܟܠܗܘܢ ܣܘ̈ܪܚܝܗ̇. ܘܡܛܠ ܐܬܘ̈ܬܐ ܕܗܘܝ ܒܝܕ ܡܪܝ ܐܕܝ، ܗܘܝܢ ܗܘ̈ܘ. ܟܠܗ̇ ܒܝܬ ܢܗܪ̈ܘܬܐ ܢܓܝܪ ܘܥܠܠ : ܐܬܛܢܢܘ ܠܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܓܡܝܪ̈ܐ : ܘܣܓܝ̈ܐܐ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܗܝܡܢܘ : ܡܫܬܥܝܢ ܗܘܘ ܒܕܘܒܪ̈ܐ ܕܡܫܝܢܘܬܐ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܒܢܐ ܐܕܝ، ܫܠܝܚܐ ܥܕܬܐ ܒܐܘܪܗܝ : ܘܐܬܩܢܗ̇ ܒܟܠ ܡܕܡ ܕܘܝܐ ܠܗ̇ : ܘܣܡ ܩܫܝ̈ܫܐ ܘܡܫܡܫܢ̈ܐ ܒܗ̇ ܒܡܕܝܢܬܐ ܘܒܟܠܗܘܢ ܣܘ̈ܪܚܝܗ̇. ܢܚܡ ܐܕܝ، ܫܠܝܚܐ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܢܐ ܒܫܠܡܐ ܒܝܘܡ ܚܡܫܫܒܐ ܐܪܒܬܥܣܪ[1] ܒܝܪܚ ܐܝܪ. ܘܫܠܡ ܐܓܘ̈ܢܘܗܝ، ܪ̈ܚܝܡܐ ܒܙܟܘܬܐ ܘܒܢܨܚܢܘܬܐ[2].ܘܘ.

ܗܠܝܢ ܡܛܠ ܬܘܠܡܕܐ ܕܒܝܬ ܢܗܪ̈ܘܬܐ : ܗܠܝܢ ܐܬܝܗܝܢ. ܬܘܒ ܗܟܝܠ ܢܗܦܘܟ ܘܢܚܘܐ. ܕܐܝܟܢ ܪܕܬ ܕܚܠܬ ܐܠܗܐ ܡܢ ܬܡܢ. ܘܐܦ ܠܐܬܪ̈ܘܬܐ ܗܠܝܢ ܕܝܠܢ. ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܡܫܬܟܚܐ ܬܫܥܝܬܐ ܗܕܐ ܓܠܝܐܝܬ : ܣܐܡ ܐܢܐ ܠܗ̇ ܠܡܫܠܡܢܘܬܐ ܥܬܝܩܬܐ ܕܡܬܟܬܒܐ ܒܟܬ̈ܒܐ ܕܐܝܬܝܗ̇ : ܗܟܢܐ. ܡܢ ܩܕܡ ܡܘܬܗ ܕܡ

[1] K. ܒܐܪܒܥܣܪ̈ܐ, S. ܒܐܪܒܥܣܪܐ — [2] ܕܙܟܘܬܐ

Statim vero sacram doctrinam accepit oppidum ejusque suburbia omnia; atque propter signa quæ per Mar Adæum fiebant, universa pene Mesopotamia pertracta fuit ad fidem in Christum. Et multi ex iis qui crediderant, exercitia perfectionis æmulati sunt. Denique postquam ædificasset Adæus apostolus ecclesiam Edessæ, eamque omnibus necessariis instruxisset, presbyteros quoque et diaconos instituisset in civitate ipsa et in omnibus ejus suburbiis, migravit Adæus apostolus ex hoc mundo in pace, feria quinta, die decima quarta mensis Yar, et consummavit certamina sua dilecta in triumpho et victoria.

A Mesopotamia fides per S. Marim.

6. Hæc igitur ad conversionem Mesopotamiæ pertinent. Itaque regrediamur et ostendamus quomodo religio inde propagata fuerit atque etiam ad hasce regiones nostras pervenerit. Ac quoniam vix relata reperitur hæc historia publice, componam ego traditionem antiquam. scriptis transmissam, quæ hujusmodi est : Ante mortem suam

ܕܛܘܒܢܐ ܐܕܝ. ܗܝܕܝܢ ܓܒܐ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘ̈ܗܝ، ܚܕ ܕܫܡܗ ܡܐܪ̈ܝ.
ܐܝܟ ܕܪܚܝܡܬܐ ܠܐܠܗܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ. ܘܒܕܘܒܪ̈ܐ ܕܡܝܬܪ̈ܬܐ
ܡܨܒܬ ܗܘܐ. ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܝܡܝܢܐ: ܗܝ ܕܡܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ
ܡܫܝܚܐ ܐܬܝܗܒܬ ܠܗ: ܘܫܕܪܗ ܠܦܢܝܬܐ ܕܡܕܢܚܐ: ܠܐܬܪܐ
ܕܒܒܠ. ܘܦܩܕܗ ܕܢܐܙܠ ܘܢܟܪܙ ܬܡܢ ܡܠܬܐ ܕܡܪܢ.
ܘܢܦܩ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ، ܡ̈ܐܪܝ ܡܢ ܐܘܪ̈ܗܝ: ܘܫܪܝ، ܒܬܘܠܡܕܐ.
ܥܕܡܐ ܕܡܛܐ ܠܢܨܝܒܝܢ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܬܠܡܕ ܛܘܒܢܐ
ܠܢܨܝܒܝܢ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܢܨܒ ܒܗ ܫܪܪܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܫܪܝܪܬܐ.
ܘܣܚܦ ܠܦܬܟܪ̈ܝܗ ܘܬܒܪ ܨܠܡ̈ܝܗ. ܘܒܢܐ ܒܗ ܥܕ̈ܬܐ ܘܕܝܪ̈ܬܐ.
ܘܐܩܝܡ ܒܗ ܡܠܦ̈ܢܐ ܘܒܝܬ ܝܘܠܦܢܐ: ܘܡܢ ܬܡܢ ܫܢܝ ܠܐܪܙܘܢ
ܐܬܪܐ: ܗܘ ܥܡ ܐܘܢܣܝܡܘܣ ܡܫܡܫܢܐ ܕܐܬܐ ܥܡܗ ܡܢ
ܐܘܪ̈ܗܝ. ܘܦܠܝܦܘܣ ܘܡܠܟܝܙܕܩ ܘܐܒܪܝܐ ܬܠܡܝܕܘ̈ܗܝ: ܥܡ

beatus Adæus e discipulis suis unum, cui nomen Mares, elegit, utpote a Deo dilectum ac moribus præstantissimis ornatum, illique imposuit dexteram, quod quidem ei a Domino Jesu Christo concessum erat; atque misit illum ad plagam Orientis, in Babyloniam, jubens ut illic verbum Domini prædicatum iret.

Nisibin perlata est ibique ecclesia plene constituta, S. Mares venit Arzon et sanato

7. Itaque beatus Mar Mares Edessam reliquit et prædicationem auspicatus est, atque pervenit in urbem Nisibin (1). Postquam vero beatus urbem Nisibin evangelizasset atque in ea veræ fidei veritatem plantasset, ejus idola dejecisset ac simulacra fregisset, in ea quoque ecclesias et monasteria ædificasset, ibidem pariter stabilivisset doctores et scholam, tum migravit illinc ad regionem Arzon (2), ipse cum One-

(1) *Nisibis,* Antiochia in Mygdonia apud Græcos, Soba ܨܘܒܐ apud Syros medio ævo, nunc ab incolis *Nsêbîn* dicta, urbs erat antiqua in Mesopotamia, quondam florentissima, cujus vix non periere ruinæ. Qui hodie superest misserrimus pagus, ducentis ferme domibus seu mapalibus constat, quorum viginti a Syris Jacobitis, reliqua a Moslemis, maximam vero partem a Judæis occupantur. Ad meridiem est torrens *Djaghdjagha,* seu Mygdonius, qui a monte Masio decurrens in Chaboram fluit. Cfr. Ritter, *Erdkunde,* XI, p. 413 sqq.; Khayyath, *Syri Orientales,* etc., p. 116; Sachau, *Reise in Syrien und Mesopotamien,* p. 390 sqq. — (2) *Arzun* sive *Arzon,* in septentrionali parte Kurdistani Turcici ad confinia

ܐܚܪ̈ܢܐ ܣܓܝ̈ܐܐ. ܘܠܚܕ ܡܢܗܘܢ ܗ̇ܘ ܕܫܡܗ ܗܘܐ ܦܝܠܝܦܘܣ.
ܫܕܪܗ ܗܘܐ ܠܩ̇ܪ̈ܕܘ. ܘܟܕ ܡܛܐ ܛܘܒܢܐ ܠܐܪܙܘܢ ܡܕܝܢܬܐ
ܬܠܡܕ ܠܣܓܝ̈ܐܐ. ܒܝܕ ܓܒܪ̈ܘܬܐ ܕܥܒܕ ܗܘܐ. ܡܠܟܐ
ܕܝܢ ܕܠܗ̇ ܕܐܪܙܘܢ : ܒܟܐܒܐ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܦܕܓܪܐ
ܪܡܐ ܗܘܐ. ܘܟܕ ܫܡܥ ܢܨܚܢ̈ܐ ܘܐܣܘ̈ܬܐ ܕܒܐܝ̈ܕܝ
ܛܘܒܢܐ ܗܘܝ. ܒܐܝܒܘܬܐ ܪܒܬܐ ܦܩܕ ܕܢܩܪܒܘܢܗܝ ܠܘܬܗܝ
ܠܛܘܒܢܐ. ܘܟܕ ܐܬܐ ܘܥܠ ܠܩܕܡܘܗܝ. ܚܕܝ ܗܘܐ ܒܗ ܡܠܟܐ
ܛܒ. ܥܠ ܕܚܙܐ ܠܗ ܦܓܕܬܐ ܛܘܒܢܐ ܚܕܐܝܬ. ܘܟܕ ܫܡܥ

rege in ea ecclesiam item fundavit.

simo presbytero, qui cum eo Edessa venerat, et Philippo et Malkjesu et Ada, discipulis suis, aliisque plurimis. Porro unum ex ipsis, Philippum nomine, miserat in Qardu (1); et ubi pervenit beatus in Arzon oppidum, multos convertit per prodigia quæ patrabat. Jam autem rex Arzon ea in infirmitate quæ dicitur podagra jacebat; et quum audisset gesta præclara et sanationes quæ per manus beati fiebant, magna cupiditate beatum coram ipso adduci jussit. Itaque quum venisset et coram eo ingressus esset, lætatus est in eo rex valde, quod

Armeniæ; quæ regio nunc eodem fere modo *Arzan, Erzen* (Arsanene) vocatur, atque extenditur inter *Gezire Ibn-Omar* (Gozartam) et *Seerdh* ad orientem usque ad regionem Amidensem *(Diarbekir)* ad occidentem, pluresque in illa reperiuntur Syri monophysitæ. Pertinebat olim ad imperii Persici ditionem, prout constat ex Procopio et Ammiano Marcellino apud Ritter, X, p. 90. — (1) De *Qardu* sequentia notat J. S. Assemanus, *Bibl. Orient.*, t. III, p. II, p. 733: " *Cardu, Cardoa* insula, ܓܙܪܬܐ ܩܪܕܘ, alias ܒܝܬ ܩܪܕܘ (Arabibus " *Ba-kerda)* et ܒܝܬ ܙܒܕܝ *Beth-Zabde* (Arab. *Ba-Zabda)*; Ammiano *Bezabde* " et *Bizabda* : urbs et insula Tigris fluvii, duodecim circiter passuum millibus " supra Mosul posita; unde Zabdicene regio. Ex voce Syriaca ܓܙܪܬܐ *Gozarta* " seu *Gazarta*, quæ insulam significat, Arabibus dicitur *Gezira*; Masio *Geserta*; ex " Beth-Zabde vero ܓܙܪܬܐ ܙܒܕܝܬܐ *Gazarta* seu insula *Zebedæa*. Pro„prium nomen est *Cardu* et *Zabde*; reliqua sunt appellativa. „ — Oppidum hodiernum *Djezire* pertinet ad provinciam Diarbekir et non nisi exiguam partem antiquæ urbis territorii occupat, constans domibus 600 vel ad summum 800, quarum 100 circiter a christianis, reliquæ pleræque a Kurdis incoluntur. Ita Sachau, *Reise*, p. 378. — Yaquti tempore (sec. XIII) *Bazabde* erat vicus e regione *Djezirat-ibn-Omar*, situs ad latus occidentale Tigridis (ap. G. Hoffmann, *Auszüge aus syrischen Akten persischer Märtyrer*, p. 24, n. 177).

ܡܠܬܗ ܕܛܘܒܢܐ. ܝܬܝܪܐܝܬ ܐܬܝܩܪ ܒܥܝܢܘܗܝ : ܡܛܠ ܢܝܚܘܬܗ ܘܢܟܦܘܬܗ: ܘܒܣܝܡܘܬ ܦܪܨܘܦܗ. ܒܗ، ܕܛܠܒ ܡܟܝܟ ܗܘܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ. ܘܒܣܝܡ ܗܘܐ ܠܘܬ ܟܠܢܫ. ܘܛܢܢܘܬܐ ܘܪܘܓܙܐ ܠܐ ܐܫܬܟܚ ܗܘܘ ܠܘܬܗ ܡܬܘܡ. ܘܥܢܐ ܡܠܟܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܐܡܪ ܠܝ ܡܢ ܐܝܕܐ ܐܢܬ ܕܚܠܬܐ. ܡܛܠ ܕܐܢܐ ܪܢܝܬ ܥܠܝܟ ܕܐܠܗܐ ܐܢܬ. ܗܝܕܝܢ ܥܢܐ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ ܘܐܡܪ ܠܡܠܟܐ. ܚܣ : ܠܝܬ، ܓܝܪ ܐܠܗܐ ܡܪܝ ܡܠܟܐ: ܐܠܐ ܒܪܢܫܐ ܐܢܐ : ܥܒܕܗ ܕܐܠܗܐ ܚܝܐ. ܕܚܠܬܐ ܕܝܠܝ ܐܝܬܝܗ̇ ܟܪܣܛܝܢܘܬܐ. ܘܒܡܫܝܚܐ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܡܗܝܡܢ ܐܢܐ : ܗ̇ܘ ܕܒܫܘܠܡܐ ܕܙܒܢ̈ܐ ܢܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ. ܘܐܦܢܝ ܠܥܠܡܐ ܡܢ ܛܥܝܘܬܐ ܕܫܐܕ̈ܐ ܕܒܗ̇ ܐܚܝܕ ܗܘܐ. ܒܗ ܒܗܢܐ ܡܘܕܐ ܐܢܐ ܡܪܝ ܡܠܟܐ. ܘܒܫܡܗ ܗܠܝܢ ܥܒܕ ܐܢܐ. ܘܒܢܝ̈ܢܫܐ ܛܥ̈ܝܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܘܗܝܡܢܘܬܐ[1] ܕܒܗ ܡܩܪܒ ܐܢܐ. ܥܢܐ ܡܠܟܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܡܫܟܚ ܡܕܝܢ ܡܪܟ ܐܝܟ ܡܠܬܟ: ܕܠܟܐܒܐ ܗܢܐ ܕܒܗ ܪܡܐ ܐܢܐ ܗܐ ܡܢ ܢܘܓܪܐ ܕܙܒܢܐ: ܡܐܣܐ. ܐܡܪ ܠܗ

[1] S. *habet* ܠܘܬ ܗܝܡܢܘܬܐ

beatus ipsum perhumaniter salutasset; et ubi audivit verbum beati, hic adhuc venerabilior ipsi visus est ob mansuetudinem, gravitatem ejusque vultus hilaritatem; quippe adeo modestus Mar Mares et benignus erga omnes erat, ut invidia et iracundia in eo reperta sint nunquam. Respondit autem rex et dixit illi : *Dic mihi cujus sis religionis, quia ego de te cogitavi te Deum esse.* Tunc respondit beatus Mar Mares et dixit regi : *Absit! Non enim ego sum deus, domine rex; sed homo sum, servus Dei viventis. Religio mea est christianismus, et in Christum filium Dei credo, qui in consummatione temporum descendit e cœlo, et convertit mundum ab errore dæmoniorum in quo detinebatur. Illum ego profiteor, domine rex, et in nomine Ejus hæc facio; et homines deceptos ad Deum et fidem in ipsum adduco.* Respondit rex et dixit illi : *Potest igitur Dominus tuus, juxta verbum tuum, morbum istum in quo ego longo jam tempore jaceo, sanare?* Dixit illi beatus : *Si*

ܠܛܘܒܢܐ. ܐܢ ܗܘ ܕܬܗܝܡܢ ܒܗ ܡܬܦܪܥܢ ܠܟ ܫܐܠܬܟ. ܘܡܚܕܐ ܒܪܟ ܡܠܟܐ ܘܣܓܕ ܩܕܡ ܛܘܒܢܐ. ܟܕ ܒܥܐ ܘܐܡܪ. ܡܗܝܡܢ ܐܢܐ ܡܪܝ، ܥܕܪܝܢܝ. ܘܒܪ ܫܥܬܗ ܩܪܒ ܛܘܒܢܐ ܘܣܡ ܐܝܕܗ ܥܠ ܕܘܟܬܐ ܗܝ، ܘܐܡܪ. ܒܫܡܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚ: ܗܘ ܕܙܩܦܘܗܝ ܝܗܘܕܝܐ ܒܐܘܪܫܠܡ ܩܘܡ ܥܠ ܪ̈ܓܠܝܟ. ܘܥܡܗ̇ ܡܠܬܗ ܕܛܘܒܢܐ: ܚܠܡܝܢܐ ܩܒܠ. ܘܥܡܕ ܗܘ ܘܒܢܝ ܒܝܬܗ. ܘܐܦ ܟܠܗ̇ ܡܕܝܢܬܐ. ܡܢ ܕܚܙܘ ܠܡܠܟܐ ܕܚܠܡܝܢܐ ܩܒܠ. ܐܬܩܪܒܘ ܘܐܦ ܗܢܘܢ ܠܘܬ ܛܘܒܢܐ. ܘܐܣܝ، ܫܘܚ̈ܢܝܗܘܢ ܘܬܠܡܕ ܠܡܕܝܢܬܐ ܟܠܗ̇. ܘܒܢܐ ܒܗ̇ ܥܕܬܐ: ܘܐܩܝܡ ܒܗ̇ ܟܗ̈ܢܐ ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ.

ܘܡܢ ܬܡܢ ܬܘܒ. ܢܦܩ: ܘܠܐܬܪܐ ܕܒܝܬ ܙܒܕܝ، ܐܬܐ. ܘܬܠܡܕ ܬܡܢ ܠܣܘܓܐܐ ܕܥܡܐ ܕܐܬܪܐ. ܘܢܦܩ ܡܢ ܬܡܢ ܛܘܒܢܐ. ܠܐܬܪܐ ܕܒܝܬ ܥܪ̈ܒܝܐ. ܘܬܠܡܝ̈ܕܐ ܣܓ̈ܝܐܐ ܬܡܢ ܥܒܕ. ܘܡܢ ܬܡܢ ܢܚܬ ܠܐܪܒܠ ܘܠܐܬܘܪ. ܡܠܟܐ ܕܝܢ ܕܐܪܒܠ.

credis in Eum, reddentur tibi petitiones tuæ. Atque illico genuflexit rex et adoravit coram beato, orans et dicens : *Credo, domine, adjuva me!* Statim vero accessit beatus, et imposuit manum suam super hunc locum, et dixit : *In nomine Domini nostri Jesu Christi, quem Judæi crucifixerunt in Jerusalem, sta super pedes tuos.* Et una cum hoc verbo beati accepit valetudinem, et baptizatus est ipse et domestici ejus. Pariter tota civitas, postquam viderunt regem valetudini restitutum, accesserunt et ipsi ad beatum; et sanavit ulcera eorum, et convertit urbem universam, ædificavitque in ea ecclesiam, et constituit in ea sacerdotes et diaconos.

8. Hinc autem iterum migravit et venit ad regionem Beth-Zabdi (1), et evangelizavit ibi multitudinem populi regionis; et profectus est inde beatus in regionem Beth-Arbensium (2) et magnum discipula- Idem facit in Beth-Zabdi, in Beth-Arbaja

(1) Regio *Beth-Zabdi* ad occidentale littus Tigridis, juxta *Qardu* de quo supra. — (2) *Beth-Arbaja* regio inter Nisibin et Tigridem, juxta Bar-Bahlul (ap. Hoffmann, op. cit., p. 131). Plura de *Arbaja* seu *Beth-Arbaja*, oppido in diœcesi Nisibena, congerit Assemanus, *Bibl. Orient.*, t. III, p. II, p. 719.

ܒܟܘܪܗܢܐ ܕܐܪܝܐ ܕܐܚܙܝܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ. ܗܢܐ ܕܗܘܠ
ܚܕܝ ܘܣܢܝ ܒܝܬ ܒܢܝܢܫܐ. ܕܐܝܬܘܗܝ ܓܪܒܐ. ܘܐܦ ܐܝܕܗ
ܬܘܒ ܕܣܡܠܐ ܦܫܝܓܐ. ܘܟܕ ܥܠ ܠܦܘܠܚܢܐ ܡܪܝ، ܡܐܪܝ، ܠܐܪܒܝܠ.
ܫܪܝ ܕܢܙܪܘܥ ܒܗ̇ ܙܪܥܐ ܕܚܝܐ. ܐܬܚܪܝܘ ܐܢܫܝܗ̇ ܕܡܕܝܢܬܐ:
ܥܡ ܦܠܚܝ ܦܬܟܪܐ ܕܒܗ̇ ܗܘܘ ܩܥܝܢ ܘܐܡܪܝܢ. ܕܡܢ ܐܝܟܐ ܐܬܐ
ܠܘܬܢ ܗܢܐ ܡܚܪܒܢܐ ܕܐܠܗܝܢ. ܘܣܠܩܘ ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܘܐܡܪܝܢ
ܠܗ. ܘܬܘܒ ܐܘܕܥܘܗܝ، ܐܝܠܝܢ ܕܒܐܝܕܝ̈، ܛܘܒܢܐ ܡܫܬܥܒܕܢ̈
ܗܘܝ. ܘܟܕ ܫܡܥ ܗܠܝܢ ܡܠܟܐ ܐܬܬܙܝܥ. ܘܫܕܪ ܒܬܪܗ:
ܘܪܗܛܘ ܐܝܬܝܘܗܝ، ܩܕܡܘܗܝ، ܘܥܢܐ ܡܠܟܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܡܢܘ
ܗܢܐ ܕܠܐܠܗܐ. ܡܚܒܠ ܐܢܬ. ܘܚܙܝ ܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ
ܡܠܟ ܐܢܬ: ܗܘ ܕܝܗܘܕܝܐ ܒܢܘܡܘܣ ܗܪܘܕܘܣ ܬܠܐܘܗܝ، ܒܢܡܘܣܐ

et Arbelæ. ubi regem sanat a lepra.

tum illic effecit. Inde vero descendit in Arbelam (1) et Assyriam. Rex vero Arbelæ elephantiasis (2) morbo laborabat, qui est valde fœtidus ac nauseam creat inter homines, lepra nimirum, qua etiam manus ejus læva torpens erat. Porro Mar Mares, Arbelam ingressus, quum cœpisset seminare in ea semen salutiferum, rixati sunt homines civitatis cum cultoribus idolorum qui in ea erant, clamantes et dicentes: *Undenam venit ad nos iste eversor deorum nostrorum?* Et ascenderunt ad regem eique dixerunt, atque significarunt etiam ea quæ per manus beati efficiebantur. Quumque hæc audisset rex, commotus est et eum accersivit. Et cucurrerunt et adduxerunt eum coram ipso, cumque alloquens rex dixit : *Quid est hoc*, *quod tu deos evertas et,*

(1) *Arbela*, urbs Assyriæ, inter Caprum et Lycum (i. e. Zabam minorem atque majorem) fluvios sita, pari ab utroque distantia, ut inquit Strabo. Regio circa Arbelam dicta est *Arbelitis,* eademque " Adjabene pars „ apud Plinium. Arbela a Mosul fere biduum distat. Cfr. Assemani, loc. cit., p. 719-722; item Ritter, IX, p. 69 sqq. et alibi. — (2) Proprie : *Morbo leonis Echazjæ laborabat.* Significat enim ܐܪܝܐ *leonem,* atque usurpatur pro morbo qui *lepra leonina,* alias *elephantiasis* vocatur (vide Payne Smith, *Thesaurus syriacus,* ad h. v.). — Porro ܐܚܙܝܐ *Echazja* (in Vulgata *Ochozias)* nomen erat regis Israel, Achabi filii, de quo 3 Reg. xxii, 4 Reg. i, 2 Paral. xx; itemque regis Juda, filii Joram, de quo 4 Reg. viii-xiv, 2 Paral. xxii. Hunc vel illum auctor Actorum lepra contaminatum exstitisse forte sit opinatus.

ܐܝܟ ܕܐܫܬܡܥܬ ܠܢ : ܗܝܕܝܢ ܐܡܪ ܫܠܝܚܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ،
ܕܐܬܩܛܠ ܐܝܟ ܕܫܡܥܬ ܡܢ ܝܗܘܕܝܐ ܣܢܝ̈ ܫܪܪܐ. ܘܐܦ
ܕܐܬܩܒܪ. ܫܪܝܪܐܝܬ ܐܬܐܡܪܬܗ̇ ܡܠܬܐ : ܕܩܡ ܕܝܢ[1]
ܡܢ ܩܒܪܐ : ܘܠܫܡܝܐ ܒܫܘܒܚܐ ܐܣܬܠܩ : ܘܝܬܒ
ܠܝܡܝܢ ܐܒܐ ܝܬܒ.. ܠܐ ܝܕܥܬ ܡܠܟܐ. ܗܫܐ ܕܝܢ : ܡܕܐ
ܕܐܬ̈ܘܬܐ ܒܐܝ̈ܕܝ ܒܫܡܗ ܡܣܬܥܪ̈ܢ. ܗܝܕܝܢ ܬܫܪ ܠܟ :
ܕܗܘ ܐܝܬܘܗܝ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ.. ܘܠܝܬ ܠܒܪ
ܡܢܗ. ܥܢܐ ܡܠܟܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܐܝܠܝܢ ܐܬ̈ܘܬܐ ܡܨܐ ܐܠܗܟ
ܠܡܥܒܕ. ܐܡܪ ܠܗ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ.. ܟܠܡܕܡ ܦܫܝܩ
ܠܚܝܠܗ ܕܐܠܗܐ. ܟܠܡܕܡ ܓܝܪ ܕܒܗܝܡܢܘܬܐ ܫܐܠ ܐܢܬ ܡܢܗ
ܢܣܒ ܐܢܬ. ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ. ܐܢܘ ܕܒܟܘܪܗܢܐ ܕܪܡܐ ܐܢܐ
ܒܗ ܬܐܣܘ. ܡܗܝܡܢ ܐܢܐ ܒܡܫܝܚܐ ܘܒܫܠܝ̈ܚܘܗܝ.. ܗܝܕܝܢ
ܥܢܐ ܛܘܒܢܐ ܘܐܡܪ ܠܡܠܟܐ. ܣܒܪ ܠܝ ܫܥܐ ܚܕܐ. ܘܒܪܟ
ܥܠ ܒܘܪ̈ܟܘܗܝ. ܘܐܡܪ. ܠܟ ܐܠܗܐ ܐܒܘܗܝ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ

[1] S. *om.* ܕܝܢ

uti fertur, unum doceas Deum, eum quem Judæi in diebus Herodis suspenderunt in ligno, sicut relatum est nobis? Tum dixit apostolus Mar Mares : *Quod interfectus est, sicut audisti, a Judæis, veritatis osoribus, atque etiam sepultus, verum est verbum ; quod autem surrexit e sepulcro et ad cœlum in gloriam assumptus est, et ad dextram Patris sedet, non novisti, o rex. Nunc autem, quum signa per manus meas in nomine Ejus patrantur, jam certum tibi sit Eum esse Deum verum solum, et non esse alium præter Eum.* Respondit rex et dixit illi : *Quænam signa potest Deus tuus facere?* Dixit illi beatus Mar Mares : *Omnia facilia sunt potentiæ Dei ; quodcumque enim cum fide petieris ab Illo, recipies.* Dixit illi rex : *Si infirmitatem in qua jaceo ego sanaveris, credam in Christum et in apostolos ejus.* Tum respondit beatus et dixit regi : *Sustine me unum temporis momentum.* Et provolutus in genua dixit : *Tibi, Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, supplico : sana hunc servum tuum.* Et sumpsit beatus oleum et aquam, et si-

ܡܫܝܚܐ ܡܬܡܫܚܢܐ. ܐܘܟܐ ܠܒܢ̈ܝܟ ܗܢܐ. ܘܫܩܠ ܠܦܘܟܐ
ܡܫܝܚܐ ܘܡܪܐ : ܘܪܫܡ ܥܠܝܗܘܢ ܢܝܫܐ ܕܨܠܝܒܐ ܡܪܝܐ
ܘܝܗܒ ܠܗ. ܘܐܫܬܝ، ܡܢܗܘܢ ܘܡܫܚ. ܘܐܬܐܣܝ، ܘܗܦܟ
ܒܣܪܗ ܠܗ ܒܫܥܬܐ : ܐܝܟ ܕܠܛܠܝܐ ܙܥܘܪܐ. ܘܐܦ ܠܐܝܕܗ
ܬܘܒ : ܠܒܟܗ ܫܠܝܚܐ ܒܐܝܕܗ. ܘܡܚܕܐ ܐܬܦܫܛܬ.

ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܝܢ ܪܒܚܝܠܐ ܬܡܢ ܕܝܠܗ ܕܡܠܟܐ. ܕܫܡܗ ܗܘܐ
ܙܪܕܘܫ. ܘܟܕ ܚܙܐ ܠܡܪܗ ܡܠܟܐ ܕܐܬܐܣܝ، : ܩܥܐ ܘܐܡܪ
ܠܛܘܒܢܐ. ܒܪܝܟ ܗܘ ܡܪܟ ܕܫܕܪܟ ܠܘܬܢ. ܕܬܐܣܐ ܡܚ̈ܘܬܢ.
ܒܪܝܟ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܕܡܟܪܙ ܐܢܬ. ܒܪܝܟ ܫܘܒܚܗ ܘܪܡ ܐܝܩܪܗ
ܡܫܒܚ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܒܪ̈ܝܬܐ. ܣܓܝܕ ܒܫܡܝܐ ܐܦ ܒܐܪܥܐ ܠܥܠܡܝܢ.
ܘܐܪܟܢ ܪܝܫܗ ܩܕܡ ܛܘܒܢܐ. ܟܕ ܒܥܐ ܘܡܬܟܫܦ ܘܐܡܪ. ܕܠܒܪܗ
ܝܚܝܕܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܢܐܣܐ. ܫܢܩ ܗܘܐ ܠܗ ܪܘܚܐ ܗܘ
ܕܫܪܐ ܗܘܐ ܒܗ ܒܗܢܐ ܛܠܝܐ. ܗܟܢܐ ܕܐܣܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗ
ܒܬܪ̈ܬܝܢ ܫܫ̈ܠܢ. ܫܡܗ ܗܘܐ ܕܝܢ ܕܗܘ ܛܠܝܐ ܕܘܝ. ܘܫܦܝܪ ܗܘܐ
ܚܙܘܗ ܛܒ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܫܠܝܚܐ ܡܪܝ ܡܪܝ، . ܙܠ ܠܟ ܐܝܬܝܘܗܝ،
ܠܒܪܟ ܠܟܐ : ܕܬܚܙܐ ܚܘܒܗ ܕܡܪܢ ܡܫܝܚܐ ܕܐܝܟܢܐ،. ܘܟܕ

gnavit super ea signum crucis Dominicæ, eaque dedit illi. Et bibit ex eis, et unxit, et sanatus est. Et rediit caro ejus ad eum illico, sicut pueri parvuli. Atque etiam manum ejus cepit apostolus in manu sua, et statim dilatata est.

Liberat quoque a dæmone filium ducis exercitus.

9. Erant autem ibi dux exercitus regis, nomine Zaradosch. Quumque vidisset dominum suum regem esse sanatum, exclamavit et dixit beato : *Benedictus sit Dominus tuus qui misit te ad nos, ut sanes plagas nostras; benedictus Christus quem tu annuntias; benedicta gloria ejus et celsus honor ejus prædicetur ab omnibus creaturis ; adorabilis in cælo et in terra in secula!* Et inclinavit caput suum coram beato, rogansque et supplicans petiit ut filium ipsius unicum, quem habebat, sanaret. Puerum istum spiritus in eo habitans adeo cruciabat ut eum vincire debuerint duabus catenis. Porro nomen istius pueri erat Davai, et aspectus ejus erat valde pulcher. Et dixit illi apostolus Mar Mares : *Vade, adduc huc filium tuum, ut videas caritatem Domini*

ܥܠ ܛܠܝܐ ܗܘ. ܩܥܐ ܒܩܠܐ ܪܡܐ ܘܐܪܒܬ. ܘܐܪܡܝܗ ܫܐܕܐ ܗܘ : ܘܗܘܐ ܐܝܟ ܡܝܬܐ. ܗܝܕܝܢ ܩܪܒ ܠܗ ܫܠܝܚܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ. ܘܐܡܪ ܠܕܝܘܐ ܗܘ. ܠܟ ܐܡܪ ܐܢܐ ܫܐܕܐ ܠܝܛܐ. ܒܫܡܗ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ : ܗܘ ܕܫܓܫܟ ܡܢ ܫܘܠܛܢܟ. ܘܗܘ ܫܓܫ ܠܟ. ܦܘܩ ܡܢ ܓܒܝܠܬܗ ܕܐܠܗܐ ܟܕ ܠܐ ܬܚܒܠ ܒܗ ܡܕܡ. ܘܩܥܐ ܫܐܕܐ ܗܘ ܠܝܛܐ ܘܐܡܪ. ܠܐܝܟܐ ܦܩܕܬ ܠܝ ܠܡܦܩ. ܐܡܪ ܠܗ ܛܘܒܢܐ. ܠܛܪܛܪܘܣ ܬܚܬܝܬܐ. ܙܠ ܐܢܬ ܘܟܠܗ ܡܫܪܝܬܟ. ܘܢܦܩ ܫܐܕܐ ܗܘ ܠܝܛܐ. ܘܗܘܐ ܐܝܟ ܥܠܥܠܐ ܚܫܘܟܬܐ. ܘܬܘܒ ܠܐ ܐܫܬܟܚ. ܘܩܡ ܛܠܝܐ ܗܘ ܟܕ ܡܫܒܚ ܠܐܠܗܐ. ܘܥܠ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܕܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ, ܫܠܝܚܐ ܢܦܠ ܘܡܢܫܩ ܗܘܐ ܠܗܝܢ.

ܘܒܗ ܒܝܘܡܐ ܗܘ ܥܡܕ ܡܠܟܐ ܗܘ ܘܒܢ̈ܝ ܒܝܬܗ ܟܠܗܘܢ. ܘܙܪܕܘܫ ܘܩܪܕܝ ܒܪܗ ܘܟܠܗܘܢ ܐ̈ܚܝܢܝܗܘܢ. ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ ܕܡܠܟܐ ܘܟܠܗܘܢ ܪ̈ܘܪܒܢܘܗܝ. ܘܬܘܒ ܪܒ ܟܘܡܪ̈ܐ ܚܕ ܕܝܠܗ ܕܡܠܟܐ ܟܕ ܚܙܐ ܐܬ̈ܘܬܐ ܘܬܕܡܪ̈ܬܐ ܕܣܥܪ. ܐܦ ܗܘ ܘܒܢ̈ܝ ܒܝܬܗ ܗܝܡܢܘ ܒܡܪܢ. ܘܠܬܠܡܝܕ̈ܐ ܕܝܠܗܘܢ ܦܠܚ ܗܘܐ ܦܫܛ

Christi erga ipsum. Quumque ingressus esset puer ille, clamavit voce magna et spumavit, projecitque eum dæmon et factus est sicut mortuus. Tum accessit ad eum apostolus Mar Mares, et dixit dæmoni isti : *Impero tibi, dæmon maledicte, in nomine Jesu Christi, qui deturbavit te imperio tuo, et ipse deturbat te : exi e plasmate Dei, quin perdas in eo quidquam.* Exclamavit dæmon ille maledictus et ait : *Quonam jubes me exire?* Dicit illi beatus : *Ad tartarum inferum proficiscere tu et omne agmen tuum.* Et exivit dæmon iste maledictus et factus est veluti turbo tenebrosus, et iterum inventus non est. Et surrexit puer laudans Deum, atque ad pedes beati Mar Maris procidit eosque amplexatus est.

10. Atque illa die baptizatus est rex ipse et domestici ejus omnes, uti et Zaradosch hujusque filius Qardaï et omnes cognati eorum, necnon ministri regis omnesque principes ejus. Pariter ἀρχιερεύς quidam ejusdem regis, videns signa et prodigia quæ faciebat, etiam una cum

Totam hanc regionem Assyriæ, Nivives et Zabæ fluminis

ܘܬܒܪ ܐܢܘܢ. ܘܐܪܡܐ ܩܛܡܗܘܢ ܒܙܒܐ ܪܒܐ. ܘܠܟܠܗ ܐܬܪܐ ܕܐܬ̈ܘܪ ܘܢܝܢܘܐ ܥܒܕ ܐܢܘܢ ܒܢܝ̈ ܒܝܬ ܗܝܡܢܘܬܐ ܫܪܝܪܬܐ ܘܡܫܒܚܬܐ. ܘܣܓܝ̈ܐܝܢ ܐܢܘܢ ܓܝܪ ܚܝ̈ܠܐ ܕܥܒܕ ܡܪܝ ܡܐܪܝ ܒܐܬܪܐ ܕܙܒ̈ܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܡܫܟܚܝܢ ܦܘܡܐ ܠܡܬܢܝܘ. ܘܐܦܠܐ ܦܢܩܝ̈ܬܐ ܠܡܫܡܠܘ ܐܬܘ̈ܬܐ ܘܬܕܡܪ̈ܬܐ ܘܓܒܘ̈ܪܬܐ ܕܒܐܝܕܗ ܕܡܪܢ ܥܒܕ ܗܘܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܢܬܕܡܪ ܣܓܝ̈ܐ ܘܢܐܡܪ: ܕܐܝܟܢܐ ܐܬܐܡܪ̈ ܕܡܠܝ̈ܢܐ. ܦܘܠܘܣ ܓܝܪ

fide et miraculis illustrat.

domesticis suis credidit in Dominum nostrum. Simulacra vero quæ colebat, destruxit confregitque, atque cineres eorum in Zab (1) majorem projecit. Denique omnem regionem Assyriæ (2) et Nini-ves (3) domesticas effecit veræ et gloriosæ fidei. Multæ enim sunt virtutes quas operatus est Mar Mares in regione Zabarum; neque vero valent aut os enarrare aut codices plene describere signa, miracula et prodigia quæ ope Domini nostri patrabat. Porro ne miremur,

(1) *Zab major*, seu *Zab Ala*, i. e. superior (apud Græcos et Latinos *Lycus)*, item-que *Zab minor*, *Zab Asfal*, i. e. inferior *(Zerbis* et *Caprus* dictus), amnes sunt in Tigridem influentes. Regio vero his fluviis interjacens Syris *Zabe* seu *regio Zabarum* audiebat, Græcis *Adiabene*. — (2) ܐܬ̈ܘܪ *Athur*, *Assur*, *Assyria*, nomen imperii in cujus ditione quandoque fuere variæ regiones, scilicet in septentrione provinciæ centrales Asiæ Minoris et Armeniæ usque ad Caspium mare, in oriente Media et partes occidentales Persidis, in meridie Susiana, Babylonia et superior Arabiæ pars, in occidente denique regiones ad Lyciam et forte ad Lydiam usque. Cfr. Layard, *Ninireh and Babylon*, London 1882, p. 369 sq. — Proprie autem designat regionem quæ inter Tigridem (quo flumine a Mesopotamia dividitur), Armeniam, Mediam atque *Chusistan* sita est, et fere cum hodierno Kurdistano congruit. Erat veluti parallelogramma oblongum, cujus arctiora latera hinc ad boream et occidentem, illinc ad austrum et ortum respiciebant. Ubique fere altis montibus occupabatur et non nisi tertia ejus pars ad meridiem et occasum vallem, Mesopotamiæ similem, efficiebat. Cfr. Kaulen, art. *Assyrer*, *Assyrien*, in novo *Kirchenlexicon*. — Auctor vero Actorum in præsenti loco " Athur „ arctiori adhuc sensu usurpare videtur, scilicet ut solam vallem ad orientem Tigridis circa Niniven designet. — (3) *Ninive* ad orientale littus Tigridis, sita e regione hodiernæ urbis Mosul seu *Mausil*. Totam aream occupasse videtur, valde extensam et ruinis celeberrimam, ubi nunc sunt *Kujundjik*, *Nimrud*, etc. Cfr. Layard, op. cit., p. 373 sqq.

ܡܢ ܒܬܪ ܟܠܗܘܢ ܫܠܝ̈ܚܐ ܐܬܓܒܝ. ܘܗܘܐ ܬܘܒ ܕܠܓܒܝܘܬܗ ܐܚܪܝܐ ܗܘ ܕܫܠܝ̈ܚܐ: ܐܠܐ ܒܝܬܐ ܕܡܦܬܝܗ ܣܗܕܐ ܥܠ ܪܒܘܬܗ. ܕܥܡ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ ܡܬܡܢܐ. ܦܘܠܘܣ ܓܝܪ ܠܪܝܫܐ ܕܡܕ̈ܝܢܬܐ ܪܗܘܡܐ ܐܘܠܦ. ܘܗܢܐ ܬܘܒ ܠܪܝܫܐ ܕܐܬܪ̈ܘܬܐ ܕܦܢܝ̈ܬܗ ܕܬܒܝܠ ܟܠܗ ܐܘܠܦ: ܘܩܪܒ ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܕܡܫܝܚܝܐ.

ܘܢܚܬ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܪܝ, ܡܢ ܙܒܐ ܪܒܐ. ܘܥܠ ܗܘܐ ܠܩܪܝܬܐ ܚܕܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܒܪܘܓܝܐ. ܕܐܝܬܝܗ ܒܗܘ ܓܒܐ ܕܙ̈ܒܐ: ܠܐܬܪܐ ܕܐܪܒܝܠ. ܘܐܚܪܬܐ ܡܢ ܗܘ ܓܒܐ ܕܡܕܢܚܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܪ̈ܥܡܣܝܣ. ܘܩܪܝܬܐ ܐܚܪܬܐ ܬܘܒ ܠܬܚܬ ܡܢܗ: ܕܡܬܐܡܪܐ ܘܙܝܩ. ܘܟܕ ܟܒܫ ܐܬܪܐ ܕܐܪܒܝܠ ܛܘܒܢܐ ܡܬܗܦܟ

dilecti mei, nec dicamus illum fuisse apostolorum postremum : nam Paulus post omnes apostolos electus fuit, ac vi electionis postremus erat apostolorum ; verumtamen orbis quem pervadit testatur ejus magnitudinem, quippe qui Simoni Cephæ accenseatur : Paulus namque metropolim civitatum, Romam, evangelizavit. Atque hic pariter regionem inter tractus totius mundi principem evangelizavit, eamque fidei christianæ adjunxit.

Jubetur mittere Tomis discipulum suum in Dasan. Ipse fidem

11. A Zaba majore descendit beatus Mar Mares et ingressus est vicum quemdam, qui appellatur Brogia (1), situm ad illud latus Zabarum versus regionem Arbelis. Porro venit ad alium ex illo latere orientis vicum qui dicitur Ra'amsis (1). Denique venit ad alium vicum quoque infra illum, qui vocatur Waziq (2). Quumque regionem

(1) ܒܪܘܓܝܐ et ܪ̈ܥܡܣܝܣ i. e. *Barugja* (seu *Brogia)* et *Ra'amsis,* oppida sunt de quibus aliunde nihil scimus, quamquam regio ad quam pertinuerint ex contextu et ex situ oppidi Waziq, de quo mox, aliquatenus indicari potest. Nominat Hoffmann, op. cit., p. 232, ex recentissimis itineribus a Perkins et Thielmann descriptis, fluvium *Dere Birusch-Tschai (Dara Beerusch, Derre-brusch)* qui e septentrione confluit cum Zaba majore, et quocum nomen *Brogia* seu *Barudscha* cognationem quamdam habere videtur. — (2) ܘܙܝܩ *Waziq* seu ܒܝܬ ܘܙܝܩ *Beth Waziq,* itemque ܒܘܐܙܝܩ *Bawazig,* quæ et diverso prorsus nomine ܟܘܢܫܒܘܪ *Conischabor* appellabatur, erat urbs episcopalis

ܗܘܐ. ܘܬܠܡܝܕܐ ܥܒܕ ܗܘܐ: ܒܚܕ ܡܢ ܠܠܝܐ. ܐܬܚܙܝ ܠܗ
ܡܪܢ ܒܚܙܘܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܫܕܪ ܠܬܠܡܝܕܟ ܠܬܘܡܝܣ ܠܐܬܪܐ
ܕܕܣܢ. ܕܢܐܙܠ ܘܢܦܢܐ ܐܢܘܢ ܡܢ ܛܥܝܘܬܗܘܢ. ܘܗܘ ܟܕ

diffundit in Brogia, Raamsis et Waziq.

Arbelis perlustrasset beatus atque ibi discipulos effecisset, nocte quadam apparuit ei Dominus noster in visione et dixit illi : *Mitte discipulum tuum Tomis* (1) *ad regionem Dasan* (2), *ut eat et convertat*

Assyriæ, posita juxta Abulfedam (cfr. *Bibl. Orient.*, III, II, 739) supra Bagdad, Tagritum inter et Arbelam, seu accuratius, ex Yaqut (ap. Hoffmann, 189), eo fere loco quo Zab minor in Tigridem fluit : *ad os Zabi.* — Perperam istud oppidum confundit R. Payne Smith (et post eum editores Barhebr. *Chron. eccl.*, II. 132) cum *Beth-Raman (Barimma)*, vico haud procul inde distante ; quæ confusio inde oritur quod apud Jacobitas " unus Ramanitis et Razichitis [seu potius Wazichitis] " episcopus præerat sub metropolitano Tagritensi. „ Cfr. Assemanus, *Bibl. Orient.*, t. III, p. II, p. 772. Idque vult Barhebræus, ubi *Chron. eccl.* II, col. 123 duodecim diœceses sub potestate Maphriani Tagritensis recensens, scribit : ܕܫܬ ܒܝܬ ܪܡܢ ܕܗܝ ܒܝܬ ܘܐܙܝܩ *sexta* diœcesis *Beth-Raman quæ est eadem ac Beth-Waziq.* — (1) Tomis, teste Ill. Khayyath, non memoratur neque in documentis historicis Nestorianorum neque in eorum Chaldæorumve officiis. — (2) *Dasan*, sic in epistola ad me data scribit Ill. Khayyath, " duo loca sunt, quorum alter unde nunc *Dasnæi* dicuntur tribus Yezidensium in Assyria, alter prope regionem Medorum, in montanis, ubi adhuc pagus hujus nominis exstat. „ — Pagus iste memoratur apud Ritter, IX, p. 756 ; regio vero de qua hic, ibidem (p. 733) indicatur a Rich, ubi ait Yezidenses illos qui nunc in Kurdistano degunt, nempe in Baazani et in Baasheka, vocari *Dasin* seu *Dassini ;* quod idem confirmat Badger, *The Nestorians and their Rituals*, I, 111. Addi potest, id quod de Dasenorum religione scriptor Actorum tradit, non absone comparari cum iis quæ de hodiernorum Yezidensium sive satanæ cultorum moribus novimus, quippe qui lapides quoque, aquam et ignem speciali veneratione prosequantur. Videsis Badger, op. cit., I, 111-113, et Martin, *La Chaldée*, p. 34-46. — Situs *Dasan* regionis sic fere definitur ab Hoffmann, p. 202 sqq. : Est tractus montanus, per catenam montium Gara, quam Arabes *Djabal Dasin* vocabant, supra Mossulam ad Zabam superiorem et ultra in orientem sese protendens. Vicina huic erat regio Margæ, uti liquet ex lectionario Evangeliorum nestoriano apud Wright, *Catalogue of the Syriac Mss. in the Brit. Mus.*, 187, et quidem inferius sita ; nam in Assemani *Bibl. Orient.* III, I, p. 255, Abraham abbas senex e cœnobio Zakhajesu in Dasan ܡܛܠ ܩܘܪܣܐ ܕܐܬܪܐ ܕܕܣܢ *propter nimium regionis Dasenæ frigus*, migravit in cœnobium Beth-Abe, ad Margæ ditionem pertinens. Ibidem, III, II, p. 743 commemoratur *Dasena* tanquam " urbs episcopalis in Assyria, sub metropolita Adiabenico, postea sub Mosulano : demum patriarchali Ecclesiæ subjecta. „

ܛܢܦ ܐܬܪܗܘܢ ܘܕܚܠܬܗܘܢ. ܡܢܗܘܢ ܓܝܪ ܠܐܝܠܢܐ
ܣܓܕܝܢ. ܘܡܢܗܘܢ ܠܟܐ̈ܦܐ ܘܠܡܒ̈ܘܥܐ ܕܡ̈ܝܐ.
ܥܕܡܐ ܕܐܦ ܒܢ̈ܝܗܘܢ ܘܒܢ̈ܬܗܘܢ ܒܢܘܪܐ ܡܥܒܪܝܢ
ܗܘܘ. ܐܝܟ ܕܥܒܕܝܢ ܗܘܘ ܒܢ̈ܝ ܐܬܘܪ ܘܐܪܒܝܠ. ܗܝܕܝܢ ܣܡ[1]
ܐܝܕܐ ܡܪܝ، ܡܐܪܝ ܥܠ ܛܘܡܝܣ ܬܠܡܝܕܗ. ܘܫܕܪܗ ܠܐܬܪܐ
ܕܕܣ̈ܢܝܐ ܘܙܘܙܢ. ܘܥܕܡܐ ܠܐܪܡܢ ܒܪܝܬܐ. ܘܐܬܪ̈ܘܬܐ ܕܠܗ̇
ܕܡܕ̈ܝ. ܘܬܡܢ ܐܬܬܢܝܚ ܛܘܒܢܐ ܛܘܡܝܣ: ܒܣܗܕܘܬܐ ܕܟܠ

[1] S. ܣܡ ܥܠܘܗܝ

eos ex errore ipsorum. Etenim valde fœda erant eorum regio ac superstitiones: nam alii arbores adorabant, alii lapides et fontes aquarum; imo et filios suos ac filias per ignem traducebant, quemadmodum faciebant Assyrii et Arbelis incolæ. Itaque Mar Mares manum imposuit Tomisio, discipulo suo, eumque ablegavit in regionem Dasenorum et Zowzan (1), et usque ad Armeniam (2) exteriorem atque ad regiones Madaï (3). Ibi autem quievit beatus Tomis, martyr Domini nostri

(1) *Zowzan, Zozan* vel *Zuzan* juxta Barhebræum (apud P. Smith, v° ܙܘܙܢ) erat nomen regionis Curdorum. Unde ibidem nomen habent ܙܘܙ̈ܢܝܐ *(Zowzanaye)* tribus Curdorum in vicinia Haccaritarum. — *Zowzan,* ut mihi rescripsit Ill. Khayyath, nunc non designat proprium aliquem locum, sed vox est persicæ aut kurdicæ originis, in usu trito apud Chaldæos *loca montana* significans. Ritter, *Erdkunde,* XI, p. 597 memorat in tractu Hekkari ad Zabam stationem æstivalem incolarum Amadiæ, quam stationem *Zozan Rav-Daschti* appellant. — (2) ܐܪܡܢ ܒܪܝܬܐ *Armen Bariata* (seu Armenia exterior), est in Bar-Ali et Georgii Karmsedinoyo lexicis (apud P. Smith) *Armenia Minor* seu occidentalis, quæ sub Romanorum ditione fuit. Altera, *Major* seu *Persarmenia,* ab illis dicitur ܓܘܝܬܐ (interior sive ulterior). Ast vero videtur auctor noster Actorum per *Armeniam exteriorem* eam Majoris Armeniæ partem designare quæ Assyriam proprie dictam atque Mediam contingit. — De primis Christianismi initiis in Armenia aliisque rebus ad istam regionem pertinentibus videsis card. Hergenröther in *Kirchenlexicon,* 2ª ed., sub voce *Armenien.* — (3) " *Media,* scribit Assemanus, *Bibl. Orient.* III, II, 424, a Madai filio Japhet dicta, inter Parthiam et Hyrcaniam ad ortum, Armeniam Majorem ad occasum, Assyriam Susianamque ad meridiem et mare Caspium ad boream, eas olim regiones complectebatur quas recentiores vocant *Scirvan* et *Adhorbigian.* Urbes præcipuæ sunt *Tabriz, Ardebil, Maraga, Salmas,*

ܐܦ̈ܪܝܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ: ܐܬܟܠܠ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܛܘܡܝܣ ܬܠܡܝܕܗ
ܕܡܪܝ، ܡܪܝ ܫܠܝܚܐ: ܒܐܬܪܐ ܕܓܘܪ. ܒܚܕ ܒܝܪܚܐ ܬܡܘܙ.
ܒܝܘܡܐ ܕܥܪܘܒܬܐ ܒܬܠܬ ܫܥ̈ܝܢ. ܘܐܝܬܘܗܝ، ܩܒܪܗ ܡܒܘܥܐ
ܕܥܘܕܪ̈ܢܐ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ. ܘܟܕ ܥܠ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ، ܡܪܝ
ܠܒܪܘܓܝܐ ܡܕܝܢܬܐ: ܬܠܡܕ ܠܓܒܪܐ ܚܕ ܡܘܗܦܛܐ ܕܡܠܟܐ:

Jesu Christi. Coronatus est beatus Tomis, discipulus Mar Maris apostoli, in regione Gawar (1), die 1^{a} mensis Tamuz (2), feria vi^{a}, hora tertia. Exstatque sepulcrum ejus scaturigo auxiliorum usque in hodiernum diem. Quum autem venisset beatus Mar Mares in Brogia oppidum, doctrina sacra imbuit virum quemdam *mohpata* (3) regis

Argis, Chalat, Charmelis, Sciaharzul, Bardaa etc. „ — Apud Eliam Bar-Sinæum, episcopum Nisibenum, ܡܕܝ *Madai,* teste P. Smith. regio est cui nomen *Chuzistan* (Susiana). Sed hæc significatio, quæ forte ad posteriorem pertinet ætatem, Actis nostris minime convenit; hæc enim, uti patet, intelligendam præbent Mediam parvam sive occidentalem, quæ et Atropatene dicebatur atque hodiernæ provinciæ *Aderbeidschan* (Adorbiganæ) respondet. — (1) ܓ̈ܘܪ *Gawar.* Regio Gawar est alta planities ad sinistram Zabæ fluminis, aliquot leucis versus orientem a Djulamarg distans, hanc civitatem inter et lacum Urmianum. Cfr. Nöldeke, *Grammatik der neusyrischen Sprache,* xxv, not. 2. Regionem *Gawar* sive *Gur* cum variis aliis in quibus subditi sui degebant, nominat patriarcha Chaldæorum Simeon in epistola quam anno 1653 ad Innocentium X scripsit *(Bibl. Orient.,* III, I, 622). Apud Layard, *Niniveh and Babylon,* p. 196 sq., describitur sub nomine *Ghaour* vel *Ghiaver.* — (2) I. e. Julii.— (3) Vox *Mohpata* manifeste indicat hic alludi ad religionem Zoroastris, at, uti e contextu liquet, idololatrico cultu adulteratam. In P. Smith *Thesauro* ea vox vocalibus ita instructa comparet ut legenda sit *Mupta, Muhpta,* atque a Vullers in Lexico persico recte vertitur *magorum præfectus,* græce in *Menæis* ἀρχίμαγος. Sæpius occurrit in *Actis martyrum* a St. Ev. Assemano editis, v. g. I, pp. 21, 54, 134, ibique parum accurate latine redditur per *præfectum;* item pag. 32 per *prætorem.* — De illius vocabuli etymo et sensu sequentia mecum benigne communicavit cl. de Harlez, in Univ. Lovan. professor : " Parsi, id est Zoroastris discipuli mediævales atque hodierni, lingua " Guebra „ *Môbed* appellant eumdem qui in idiomate " pehlvi „ *magupat, mogupat* et *mogpat* vocitabatur, quique in lingua τοῦ Zendavesta diceretur *maghupaiti* vel *moghupaiti.* Istud autem vocabulum derivatur a radice *paiti* (i. e. caput, dominus) et *moghu* (i. e. magus). Designat ergo præfectum magorum sive sacerdotem Zoroastrici cultus; quorum hierarchia duos complectitur ordines : inferiorem τοῖς *herbed* (aithra paiti), et superiorem τοῖς *mobed* constantem. Porro etsi Mohpatæ proprie ad religiosum

ܕܡܫܠܛ ܗܘܐ ܬܡܢ. ܡܛܠ ܕܫܡܥ ܗܘܐ ܕܐܬܬܠܡܕ ܡܠܟܐ
ܘܟܠܗܘܢ ܪܘܪܒܢܘܗܝ. ܘܐܦ ܗܘ ܡܘܗܦܛܐ ܗܝܡܢ ܘܥܡܕ.
ܘܡܕܝܢܬܐ ܟܠܗ ܥܡܗ. ܘܥܒܪ ܠܪܥܡܣܝܣ ܘܠܘܙܝܩ: ܘܬܠܡܕ
ܐܢܝܢ ܒܝܕ ܦܬܚܘܬܐ ܕܣܡ̈ܝܐ ܬܪܝܢ: ܐܢ̈ܫܐ ܪܘ̈ܪܒܢܐ ܕܐܝܬ ܗܘܘ
ܬܡܢ. ܘܒܢܐ ܬܡܢ ܥܕ̈ܬܐ: ܥܠ ܫܡ ܦܛܪܘܣ ܘܦܘܠܘܣ ܘܐܕܝ،
ܫܠܝ̈ܚܐ.

ܘܡܢ ܬܡܢ ܫܘܠ ܛܘܒܢܐ ܠܐܬܪܐ ܕܚܫܘܟܐ ܘܕܛܘܥܝܬܐ:
ܐܬܪܐ ܕܒܝܬ ܓܪܡܝ. ܘܩܕܡܝܬ ܥܠ ܠܫܗܩܪܬ ܡܕܝܢܬܐ.
ܘܡܠܟܐ ܚܕ ܚܢܦܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ̇: ܘܩܫܐ ܗܘܐ ܛܒ ܘܕܚܝܠ.

qui ibi regimen tenebat. Nimirum, quia audiverat regem omnesque illius proceres esse conversos, etiam ipse *mohpata* credidit et baptizatus est, et universa civitas cum eo. Et transiit in Ra'amsis et Waziq, atque ista oppida convertit illuminando duos cæcos, viros principes qui illic versabantur; ædificavitque ecclesias, Petro et Paulo atque Adæo apostolis nuncupatas.

In regione Bagerma sanat filiam regis urbis Schahqert.

12. Illinc vero profectus est beatus ad regionem caliginis et erroris, regionem Beth-Garmai (1); et primo quidem ingressus est urbem Schahqerth (2), in qua erat rex quidam idololatra, qui valde durus

institutum pertinerent et nulla pollerent jurisdictione civili, sæpe tamen judicis officio aucti reperiuntur. „ Confirmatur hoc ultimum ex dictis in locis indicatis ab Assemano *(Acta Mart.)* necnon ex historia S. Sabæ ap. Hoffmann, op. cit., p. 71 sq. Cfr. etiam de *Magis* ac *Mobed* Nöldeke, *Geschichte der Perser und Araber,* p. 458 sq.; de Harlez, *Avesta,* pp. CLXXVII et 57 (2e edit.). — (1) Regionis vel potius posterioris temporis archiepiscopatus *Beth-Garmai* seu *Bagerma* limites sic definiuntur ab Hoffmann, p. 259: habebat ad orientem *Madai, Hulwan* seu *Hulavanum, Dinur* seu *Dinawar,* atque *Hamadan* (Ecbatanam); ad boream *Adorbiganam;* ad occidentem *Hadjab* seu Adiabenen; ad meridiem tandem *Beth-Armajam* sive Aramæam. — Urbes episcopales Garmæ recensentur *Bibl. Orient.* t. III, p. II, pag. 747; item Barhebræi *Chron. Eccl.* sect. II, col. 17. — (2) ܫܗܩܝܪܬ *Schahqirt;* ܫܗܪܩܕܬ *Schaharqadat* in *Bibl. Orient.* tom. I, p. 188, et apud S. Ev. Assemanum, *Acta Mart. Orient.,* t. I, p. 97; ܫܗܪܓܪܕ *Schahargherd* infra et in historia Beth-Seleuciæ hujusque martyrum apud Mösinger, *Monum. Syr.,* t. II, p. 72, itemque in meo codice et passim alibi. Erat Garmæorum seu regionis Beth-Garmai civitas pro temporum vicissitudine episcopalis aut metropolitana, describiturque a Yaquto (ap. Hoffmann, op.

ܘܒܙܒܢܐ ܗܘ ܕܛܘܒܢܐ ܢܚܬ. ܦܘܠܚܢܐ ܠܐܝܠܢܐ ܚܕ ܕܒܗ̇ ܗܘܐ ܒܗ ܣܛܢܐ ܡܥܡܪ ܗܘܐ. ܘܠܨܠܡܐ ܚܕ ܕܢܚܫܐ ܬܘܒ ܡܕܒܚܝܢ ܗܘܘ. ܘܡܠܟܐ ܫܗܓܪܕ. ܠܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܒܪܐ. ܐܠܐ ܐܢ ܒܪܬܐ ܚܕܐ ܕܫܡܗ̇ ܦܪܛܝܢܐ. ܐܝܕܐ ܕܚܒܝܒܐ ܗܘܬ ܠܗ ܛܒ ܘܟܪܝܗܐ ܗܘܬ. ܘܒܟܘܪܗܢܐ ܩܫܝܐ ܡܬܚܒܠܐ ܗܘܬ. ܕܫܪܝܘܬ ܗܕ̈ܡܐ. ܘܠܐ ܡܫܟܚܐ ܗܘܬ ܕܬܥܒܕ ܡܕܡ ܐܘ ܕܬܗܠܟ. ܘܥܠ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ ܘܕܥܡܗ. ܘܫܪܘ ܠܘܩܒܠ ܬܪܥܐ ܕܒܝܬܗ ܕܡܠܟܐ. ܘܩܪܒ ܡܪܝ ܡܐܪܝ. ܘܢܩܫ ܒܬܪܥܐ ܕܒܝܬ ܡܠܟܐ. ܘܥܢܬܗ ܛܠܝܬܐ ܚܕܐ ܘܐܡܪܬ ܠܗ. ܡܢ ܐܢܬ. ܐܡܪ ܠܗ̇ ܛܘܒܢܐ. ܦܬܚܝ ܠܢ ܬܪܥܐ ܐܘ ܒܪܬܝ. ܘܣܒܝ ܡܢܢ ܗܢܐ ܩܠܝܠ ܩܡܚܐ ܘܠܘܫ ܘܐܦܝ ܠܢ ܦܛܝܪܐ. ܐܝܟ ܕܬܩܢܝܢ ܒܢ ܐܓܪܐ. ܡܛܠ ܕܡܢ ܪܘܚܩܐ ܐܬܝܢ. ܘܒܡܕܝܢܬܐ ܗܕܐ ܠܐ ܐܫܟܚܢ ܠܡܙܒܢ ܠܚܡܐ. ܐܡܪܐ ܠܗ ܛܠܝܬܐ ܗ̇ܝ. ܠܐ ܓܝܪ ܡܫܟܚܐ ܐܢܐ ܕܐܩܘܡ ܘܐܦܬܚ

erat et terribilis. Tempore autem quo beatus advenit, cultus divinus exhibebatur arbori cuidam in qua morabatur satanas; itemque simulacro cuidam æneo sacrificabatur. Porro rex Schahgerd non habebat filium, sed tantum filiam unicam, nomine Phratiam; quæ quidem illi valde cara erat et morbo gravi implicata, nimirum laxationis membrorum, neque quidquam facere poterat aut ambulare. Ingressus est igitur Mar Mares cum sociis suis, et hospitati sunt e conspectu portæ regis. Porro accessit Mar Mares et pulsavit ostium palatii, et respondit ei puella quædam, dicens : *Quis es tu?* Dixit illi beatus : *Aperi nobis ostium, o filia mea, et accipe a nobis hoc parum farinæ, ac depse et coque nobis panem azymum, ut possideas in nobis mercedem ; quia e longinquo sumus, atque in hoc oppido non potuimus emere panem.* Dixit illi puella ista : *Ast enim ego surgere non valeo et aperire*

cit., p. 271) tanquam pagus insignis *Daquqam* inter et *Irbil,* habens arcem exiguam, et in quo ficus nascuntur, quales alibi nusquam veniunt. — Locus erat a Beth-Seleucia seu *Karkha de Beth-Seluq,* hodie *Kerkuk,* parum distans; imo Ebedjesus Sobensis *(Bibl. Orient.* III, I, p. 346) illam cum Beth-Seleucia confundere videtur : ea sane de causa, quod ejus ætate, seculo XIV ineunte, unus tantum, nimirum Beth-Seleuciensis, utrique oppido præerat episcopus.

ܠܟ : ܡܛܠ ܕܐܝ̈ܕܝ ܘܪ̈ܓܠܝ ܡܫܪ̈ܝܢ. ܘܒܢ̈ܝ ܒܝܬܐ ܟܠܗܘܢ : ܢܦܩܘ ܠܗܘܢ ܠܘܬ ܐܠܗ̈ܐ : ܠܡܕܒܚܘ ܬܡܢ. ܘܥܢܐ ܛܘܒܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗ̇. ܒܫܡܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ : ܢܫܪ̈ܪܘܢ ܗܕ̈ܡܝܟܝ. ܘܟܕ ܦܘܡܗ ܕܢܨܝܚܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ ܡܡܠܠ : ܦܪܩ ܡܢܗ̇ ܟܠ ܟܐܒܐ ܐܝܢܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ̇. ܘܡܚܕܐ ܒܚܕܘܬܐ ܘܬܗܪܐ ܩܡܬ ܘܦܬܚܬ ܬܪܥܐ. ܘܥܢܬ ܘܐܡܪܬ ܠܗ. ܡܢܐ ܐܥܒܕ ܠܟ ܐܘ ܓܒܪܐ. ܡܛܠ ܕܦܘܩܕܢܐ ܕܡܠܟܐ ܕܝܠܢ ܘܕܡܠܟܘܬܢ ܗܟܢ ܦܩܕ. ܕܬܠܬܐ ܝܘ̈ܡܝܢ ܕܐܠܗܘܢ ܕܐܠܗ̈ܐ ܠܐ ܐܢܫ ܢܡܪܐ ܢܘܪܐ ܠܡܐܦܝܬܐ. ܘܐܝܢܐ ܕܡܡܪܚ. ܗܘ ܘܟܠܡܕܡ ܕܐܝܬ ܠܗ ܒܢܘܪܐ ܡܘܩܕܝܢ ܠܗ. ܐܡܪ ܠܗ̇ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ. ܠܐ ܬܕܚܠܝܢ. ܠܐܘ ܓܝܪ ܐܢܫ ܕܡܫܟܚ ܡܘܩܕ ܠܟܘܢ ܒܢܘܪܐ. ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܐܡܪܬ ܠܗ̇. ܢܣܒܬ ܩܡܚܐ ܡܢ ܡܪܝ ܡܐܪܝ. ܘܡܚܬ ܢܘܪܐ. ܘܫܪܝܬ ܠܡܐܦܝܬܐ. ܘܡܢ ܥܒܕܘܬܐ ܕܣܛܢܐ ܣܠܩ ܬܢܢܐ ܥܠ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܐ̈ܓܪܐ ܕܡܕܝܢܬܐ. ܘܚܙܘ ܐܝܠܝܢ ܕܦܩܝܕܝܢ ܥܠ ܦܘܩܕܢܐ ܕܡܠܟܐ. ܘܐܬܘ ܘܒܨܘ. ܘܝܕܥܘ ܕܒܒܝܬܗ ܕܡܠܟܐ ܝܩܕܬ ܢܘܪܐ.

tibi, quandoquidem manus meæ et pedes mei paralysi tenentur; domestici vero omnes exierunt ad deos, ad sacrificandum ibi. Respondit beatus et dixit illi : *In nomine Domini nostri Jesu Christi, firmentur membra tua!* Et dum os illustris Mar Maris loquebatur, recessit ab ea omnis infirmitas illa qua laborabat; atque illico cum gaudio et admiratione surrexit et aperuit januam, responditque et dixit ei : *Quid faciam tibi, o vir? quandoquidem præceptum regis nostri et regni nostri sic præcipit, ut per tres dies diis nostris sacros nemo ignem excudat ad coctionem; et si quis contra ausus fuerit, hunc et omnia quæ ad ipsum pertinent igne comburent.* Dixit illi beatus Mar Mares : *Ne timeas; neque enim quisquam poterit vos igne consumere.* Quumque hæc illi dixisset, accepit farinam a Mar Mari, et excudit ignem coctionemque adorsa est. Ast per operam satanæ ascendit fumus super omnia tecta urbis; videruntque qui præcepto regis servando fuerant præpositi, adveneruntque et, inquisitione facta, cognoverunt in palatio regis ignem fuisse succensum.

ܘܐܬܘ ܘܩܡܘ[1] ܩܕܡ ܫܗܓܝܪܕ ܡܠܟܐ. ܘܒܥܘ ܕܢܡܠܠܘܢ ܠܗ ܒܕܚܠܬܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܟܕ ܚܙܐ ܐܢܘܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܢܐ ܐܡܪܝܢܬܘܢ. ܐܡܪܝܢ ܠܗ: ܡܪܝ ܡܠܟܐ. ܗܐ ܬܢܢܐ ܣܠܩ ܡܢ ܐܦܕܢܟ ܐܝܟ ܕܐܬܘܢܐ. ܘܟܕ ܡܬܕܟܪ ܗܘܐ: ܕܠܝܬ ܐܢܫ ܒܒܝܬܗ ܐܠܐ ܐܢ ܦܪܬܝܐ ܒܪܬܗ: ܩܡ ܗܘܐ ܒܙܘܥܐ ܘܒܪܬܠܐ: ܘܐܬܐ ܠܒܝܬܗ ܥܡ ܥܣܪܐ ܪܘܪܒܢܐ. ܘܥܠܘ ܥܡܗ ܟܕ ܕܚܠܝܢ. ܘܒܪ ܫܥܬܗ ܪܗܛܘ ܠܘܬ ܬܢܘܪܐ. ܘܚܙܘ ܠܒܪܬܗ ܗܝ ܕܡܢ ܡܬܘܡ ܠܐ ܗܠܟܬ. ܟܕ ܩܝܡܐ ܥܠ ܬܢܘܪܐ. ܘܠܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ ܟܕ ܝܬܒ ܬܡܢ. ܘܐܬܕܡܪ ܡܠܟܐ ܐܝܟ ܫܥܐ ܚܕܐ. ܘܩܪܐ ܠܛܘܒܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܢܘ ܐܢܬ. ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝ ܡܐܪܝ. ܒܪܢܫܐ ܐܢܐ ܥܒܕܗ ܕܐܠܗܐ ܚܝܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ. ܘܡܢܘ ܝܗܒ ܠܗ̇ ܚܘܠܡܢܐ ܠܛܠܝܬܐ ܗܕܐ: ܘܝܗܒ ܠܗ̇ ܚܝܠܐ: ܗܢܐ ܕܐܠܗ̈ܐ ܕܝܠܢ ܠܐ ܐܫܟܚܘ ܠܡܥܒܕ: ܥܢܐ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܕܠܗ ܦܠܚܐ ܝܗܒ ܠܗ̇ ܠܒܪܬܗ ܕܡܠܟܐ ܐܣܝܘܬܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ ܘܡܢܘ

[1] S. ܘܩܡܘ

qui cultum idolorum.

13. Dein adierunt steteruntque coram Shahgirad rege, ac timore perculsi cum illo loqui postularunt. Ille autem, eos videns, dixit illis: *Quid loquimini?* Dicunt ei: *Domine rex, ecce fumus ascendit e palatio tuo tanquam ex fornace.* Recordatus vero neminem in domo sua versari præter Phratiam, filiam suam, surrexit cum terrore et tremore, et venit ad domum suam cum decem principibus, qui cum ipso ingressi sunt, timentes. Et illico cucurrerunt ad furnum. Et viderunt filiam ejus, quæ nunquam incesserat, stantem juxta furnum, et beatum Mar Marim sedentem ibi. Et obstupuit rex per aliquod temporis punctum, ac compellans beatum dixit illi: *Quis es tu?* Dixit ei Mar Mares: *Homo sum, servus Dei vivi.* Dixit ei rex: *Et quis donavit valetudinem puellæ isti, et dedit illi robur; quod quidem dii nostri efficere non valuerunt?* Respondit beatus Mar Mares et dixit illi: *Christus, cui inservio, præbuit regis filiæ sanitatem.* Dixit illi rex: *Et quis est Christus ille de*

ܗܢܐ ܡܫܝܚܐ ܕܐܡܪܬ[1]܆ ܐܡܪ ܠܗ ܛܘܒܢܐ. ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܡܪܝܡܐ ܚܝܐ ܒܪܘܝܐ ܕܫܡܝܐ ܘܕܐܪܥܐ܆ ܥܡ ܟܠܗܘܢ ܒܪܝܬܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ. ܘܗܠܝܢ ܐܠܗ̈ܐ ܕܝܠܢ ܡܛܠ ܡܢܐ ܠܐ ܝܗܒܝܢ ܚܘܠܡܢܐ ܠܟܪ̈ܝܗܐ܆ ܐܡܪ ܠܗ ܛܘܒܢܐ. ܥܠ ܕܠܝܬ ܐܢܘܢ ܐܠܗ̈ܐ܆ ܐܠܐ ܦܬܟܪ̈ܐ ܐܢܘܢ ܘܨܠܡ̈ܐ. ܘܫܐܕ̈ܐ ܥܡܪܝܢ ܒܗܘܢ ܘܡܛܥܝܢ ܠܒܢ̈ܝܢܫܐ. ܕܠܐ ܢܕܥܘܢ ܠܐܠܗܐ ܚܝܐ ܘܫܪܝܪܐ. ܘܐܬܚܡܬ ܡܠܟܐ ܟܕ ܐܡܪ ܠܗ ܕܠܫܐܕ̈ܐ ܦܠܚܝܬܘܢ. ܘܐܚܕܗ ܠܛܘܒܢܐ ܘܐܘܒܠܗ ܠܒܝܬ ܦܬܟܪܐ ܗܘ. ܐܝܟܐ ܕܟܠܗܘܢ ܒܢ̈ܝ ܡܕܝܢܬܐ ܟܢܝܫܝܢ ܗܘܘ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ ܠܛܘܒܢܐ. ܕܐܢܗܘ ܕܐܠܗܐ ܕܝܠܟ ܛܒ ܡܢ ܐܠܗ̈ܐ ܗܠܝܢ܆ ܘܐܡܪܬ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ ܘܒܫܡܝܐ ܥܡܪ. ܘܥܒܕ ܚܝ̈ܠܐ ܘܐܬܘ̈ܬܐ܆ ܥܘܠ ܐܦܩܝܗܝ ܠܫܐܕܐ ܗܢܐ ܕܐܡܪܬ ܕܐܚܘܗܝ، ܘܐܚܙܐ ܘܐܗܝܡܢ ܒܐܠܗܟ. ܥܢܐ ܛܘܒܢܐ ܘܐܡܪ ܠܡܠܟܐ. ܒܩܘܫܬܐ ܗܝ ܡܠܬܐ. ܕܐܢܗܘ ܕܡܣܩ ܐܢܐ ܠܗ ܠܟ܆ ܡܗܝܡܢ ܐܢܬ ܒܡܫܝܚܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ ܐܝܢ.

[1] S. *om.* ܠܗ .... ܕܐܡܪܬ

quo loqueris? Dixit illi beatus: *Filius Dei excelsi, vivi, creatoris cœli et terræ et omnium creaturarum.* Dixit illi rex : *Isti dii nostri quare non præbent sanitatem infirmis?* Dixit illi beatus : *Quia non sunt dii, sed idola sunt et simulacra in quibus dæmones habitant, decipientes homines, ne cognoscant Deum vivum et verum.* Et iratus est rex quum diceret ipsi : “ dæmones colitis, „ et apprehendit beatum et adduxit eum ad idolium istud ubi omnes incolæ civitatis congregati erant. Dixit ergo rex beato : *Quod si Deus tuus melior est diis istis, nempe dixisti Eum esse invisibilem et in cœlo habitare, ac facere prodigia et signa, jam intra, ejice dæmonium istud, de quo locutus es, ut videam et credam in Deum tuum.* Respondit beatus et dixit regi : *Verumne est istud verbum, te, si hoc ad te faciam ascendere, crediturum esse in Christum?* Dixit illi rex : *Utique.*

ܘܩܪܝܗܝ ܛܘܒܢܐ ܠܐܕܐ ܬܠܡܝܕܗ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܥܘܠ ܐܦܩܝܗܝ ܠܝ ܠܗܢܐ ܡܛܥܝܢܐ ܠܝܛܐ ܕܥܡܪ ܒܓܠܝ̈ܦܐ ܗܠܝܢ: ܠܗ ܘܠܟܠܗܘܢ ܚܒܪ̈ܘܗܝ. ܘܥܠ ܐܕܐ ܐܝܟ ܦܘܩܕܢܗ ܕܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ ܘܐܡܪ ܠܫܐܕ̈ܐ ܗܠܝܢ. ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܡܪܝ ܡܐܪܝ ܫܠܝܚܗ ܕܝܫܘܥ ܡܫ̄ܚ: ܠܐ ܗܘܝܬܘܢ ܫܠܝܛܝܢ ܒܡܠܬܐ ܚܝܬܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫ̄ܚ: ܐܠܐ ܩܕܡ ܟܠܗܘܢ ܬܦܩܘܢ ܒܕܡܘܬܐ ܗ̇ܝ ܡܣܪܝܬܐ. ܘܢܦܩܘ ܗܘܘ ܒܕܡ̈ܘܬܐ ܕܫ̈ܢܝܐ: ܕܒܥܝܪܐ ܘܕܪ̈ܚܫܐ ܛܡ̈ܐܐ. ܘܩܕܡ ܡܠܟܐ ܘܩܕܡ ܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܟܢܝܫܝܢ ܗܘܘ ܬܡܢ. ܘܗܘܝܢ ܗܘܘ ܒܡܢܝܢܐ ܫܒܥܝܢ ܘܬܪܝܢ. ܘܩܥܝܢ ܗܘܘ ܘܡܝܠܠܝܢ ܗܘܘ ܘܐܡܪܝܢ. ܐܘܗ ܡܢܟ ܒܪ ܡܪܝܡ. ܗܐ ܡܠܝܬܝܗ̇ ܠܟܠܗ̇ ܐܪܥܐ ܡܢ ܝܘܠܦܢܟ. ܘܠܐ ܣܦܩ ܠܟ ܥܕܡܐ ܕܡܢ ܡܕܒܪܐ ܘܡܢ ܫܚ̈ܝܩܬܐ ܛܪܕܬܢ. ܠܐܝܟܐ ܗܫܐ ܢܐܙܠ ܠܐ ܝܕܥܝܢ. ܘܐܙܥܩ ܒܗܘܢ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ، ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܠܐ ܗܘܝܬܘܢ ܬܘܒ ܫܠܝܛܝܢ ܒܡܠܬܗ ܕܡܪܢ ܘܕܬܫܡܥܘܢ ܩܠܟܘܢ ܩܕܡܝܢ. ܙܠܘ ܠܓܗܢܐ ܕܢܘܪܟܘܢ ܗ̇ܝ ܕܡܛܝܒܐ ܗ̇ܝ ܠܟܘܢ ܘܠܦܠܚ̈ܝܟܘܢ. ܘܟܕ ܫܡܥ

postquam vidit dæmonem e simulacris expulsum, derelinquit et baptizatur cum omnibus subditis suis.

14. Vocavitque beatus discipulum suum Ada ; cui dixit : *Ingredere, expelle mihi hunc seductorem maledictum qui habitat in simulacris istis, hunc cunctosque socios ejus.* Et ingressus est Ada juxta præceptum beati Mar Maris, et dixit dæmoniis istis : *Sic jubet Mar Mares, apostolus Jesu Christi : Ne prævaleatis contra verbum vivum Domini nostri Jesu Christi, sed coram omnibus exeatis sub forma fœda!* Et exierunt sub formis variis, pecudum et reptilium immundorum, idque coram rege et omnibus illic congregatis. Erant autem numero septuaginta duo, et clamabant et ululabant, dicebantque : *Heu! tu, o fili Mariæ, ecce replesti universam terram doctrina tua, nec satis fuit tibi donec e deserto et locis vacuis nos deturbaveris. Quonam nunc eamus, nescimus.* Et clamavit ad eos beatus Mar Mares, dicens : *Ne prævaleatis ultra contra verbum Domini nostri, nec ultra efferatis vocem vestram coram nobis. Ite ad gehennam ignis vestri, quæ præparata est vobis et cultoribus vestris.* Quumque hæc audisset rex, timor

ܥܒܕ ܡܠܟܐ. ܕܚܠܬܐ ܪܒܬܐ ܢܦܠܬ ܥܠܘܗܝ. ܘܪܗܛ ܠܘܬ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ. ܘܒܪܟ ܥܠ ܒܘܪܟܘܗܝ: ܘܣܓܕ ܠܗ ܘܐܡܪ. ܪܒ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܐܠܗܢ. ܘܠܝܬ ܠܢ ܬܘܒ ܠܒܪ ܡܢܗ. ܘܦܩܕ ܠܗܘܢ ܐܒܘܢ ܫܠܝܚܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ: ܠܫܐ̈ܕܐ ܕܠܬܗܘܡܐ ܢܐܙܠܘܢ. ܘܠܡܠܟܐ ܘܠܡܕܝܢܬܐ ܐܥܡܕ ܐܢܘܢ: ܒܫܡ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܘܠܬܢܘܪܐ ܗܘ ܕܒܝܬ ܡܠܟܐ ܚܦܪܘܗܝ. ܥܕܡܐ ܠܡ̈ܝܐ. ܘܒܢܐ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ ܥܕܬܐ. ܘܠܥܠܡܢ[1] ܬܢܘܪܐ ܗܘ ܕܥܒܕܘܗܝ ܒܝܪܐ. ܒܢܐ ܒܗ ܡܥܡܕܐ. ܘܒܝܪܐ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ ܐܝܟ ܣܗܕܘܬܐ ܕܐܢܫܝ̈ܢ: ܒܝܬ ܡܥܡܕܐ ܐܝܬܝܗ̇. ܘܐܬܘ̈ܬܐ ܪ̈ܘܪܒܬܐ ܡܬܥܒܕ̈ܢ ܡܢ ܡ̈ܝܐ ܗܢܘܢ.

ܘܢܦܩ ܡܢ ܬܡܢ ܠܐܬܪܐ ܕܕܪܒܗܪ. ܘܒܗ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ

[1] *Sine dubio error scribæ pro* ܠܥܠ ܡܢ

magnus irruit in eum, et accurrens ad beatum Mar Marim flexit genua sua et adoravit eum, dicens : *Magnus est Christus Deus noster et jam non est nobis deus præter eum.* Et præcepit pater noster apostolus Mar Mares dæmoniis ut irent in abyssum ; regem vero et civitatem baptizavit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Fornacem autem regii palatii foderunt usque ad aquas, et ædificavit beatus Mar Mares ecclesiam. Et super aquam fornacis quam in puteum converterant, ædificavit baptisterium : et puteus usque in hodiernum diem, juxta testimonium nonnullorum, baptisterium est; et signa magna efficiuntur ab aquis illis.

15. Illinc autem digressus est ad regionem Darabhar (1), eratque

Ejicit item dæmonem

(1) *Darabhar* regio ea est quæ alibi (*Bibl. Orient.* II, 458) *Darabhad* et (*Bibl. Orient.* III, II, 722, 747) *Ardabad* scripta reperitur. Hæc de ea notat Assemanus op. cit., III, II, 722 : " *Ardabada* ܐܪܕܒܕ, Arabibus Persisque *Ard-Abad,* in tabula Eliæ (Damasceni) *Dar-Abad*... Urbs Garmæorum episcopalis in provincia Assyriaca, sub metropolitano Beth-Seleuciæ, cum quo Ardabeni de primatu contendisse perhibentur. "

ܩܝܛܐ. ܘܟܕ ܠܐܝܘ ܛܘܒܢܐ ܘܕܒܝܬܗ ܡܢ ܚܘܡܐ ܕܐܘܪܚܐ. ܒܥܐ ܗܘܐ ܕܘܟܬܐ ܕܢܬܒ ܘܢܬܬܢܝܚ. ܘܐܫܟܚ ܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܘܟܬܐ ܚܕܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܓ̈ܠܠܐ. ܐܘܟܝܬ ܡܒܘܥܐ ܕܡ̈ܝܐ. ܘܩܘܝܘ ܬܡܢ ܥܠ ܡ̈ܝܐ. ܘܠܥܠ ܡܢ ܡܒܘܥܐ ܗܢ.. ܬܬܐ ܚܕܐ ܐܝܬ ܗܘܬ. ܘܣܓܕܝܢ ܗܘܘ ܠܗ̇ ܒܢ̈ܝ ܐܬܪܐ ܗܘ̇. ܘܛܥܝܢܬܐ ܗܘܬ ܦܐܪ̈ܐ ܘܛܒ ܫܦܝܪܐ ܗܘܬ. ܘܠܐ ܐܢܫ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܕܢܐܟܘܠ ܡܢ ܦܐܪ̈ܝܗ̇: ܡܛܠ ܕܫܐܕܐ ܗܘ ܕܥܡܪ ܗܘܐ ܒܗ̇. ܘܟܠ ܕܐܟܠ ܗܘܐ ܡܢ ܦܐܪ̈ܝܗ̇ ܕܬܬܐ ܗܝ ܪܓܡܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܫܐ̈ܕܐ ܗܢܘܢ. ܘܟܕ ܪܦ ܝܘܡܐ. ܣܠܩ ܛܘܒܢܐ ܕܢܚܙܐ ܟܡܐ ܪܚܝܩ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܐܕܝܩ ܚܙܐ. ܘܗܐ ܛܠܝܐ ܚܕ ܒܪ ܐܪܒܥܣܪ̈ܐ ܫ̈ܢܝܢ ܪܡܐ ܡܝܬ. ܘܐܚܕܗ ܛܘܒܢܐ ܠܛܠܝܐ

ex ficu in Glala, et adolescentem ab eo occisum ad vitam revocat.

tempore æstatis; laborantibus vero beato et sociis ejus calore itineris, quærebat locum in quo sederet et requiesceret, invenitque extra oppidum locum quemdam, qui vocabatur Glala (1), hoc est fons aquarum, et manserunt ibi juxta aquas. Atqui supra fontem istum ficus quædam erat, quam adorabant illius regionis incolæ, fructifera et pulcherrima; nemo vero poterat de fructu ejus comedere, eo quod dæmon in ea habitabat: quicumque enim manducasset de fructibus ficus istius, lapidabant eum dæmones illi. Quum autem refrigesceret dies, ascendit beatus ut videret quantum abesset ab urbe ; et prospexit et vidit. Et ecce adolescens quidam quatuordecim annorum mortuus jacebat. Et accepit beatus hunc puerum manu sua, et dixit

(1) ܓ̈ܠܠܐ *Gelale* sic interpretatur Bar-Ali apud P. Smith sub hoc verbo: " locus super quem irruit inundatio aquarum, vallis. " Nec isti interpretationi repugnat auctor Actorum, dicens *Gelala* idem esse ac fontem aquarum; at vocem ipse non masculini generis, ut P. Smith, sed feminini facit, ut patet ex appellativo sensu quem tribuit formæ mox sequenti *Herbath-Gelal*. Herbath Gelal (in *Bibl. Orient.* t. III, p. II, 756, *Harbat-Gelal*) postea fuit urbs episcopalis sub metropolitano Garmæorum, in qua quondam exstitit schola. Porro, si Actis nostris fides est, convenit hæc cum territorio seu loco *Glal* vel *Glala* ad Zabam minorem sito, quem sub nomine *Ghellaleh* Ritter, *Erdk.*, IX, 588, ponit in confinio boreali oppidi *Schinek*, ubi fluvius Karatscholam confluit in Zabam (ibid., 560). — Plura de *Glala*, *Ghellala*, *Harbath-Gll* conjiciendo profert G. Hoffmann. op. cit., 261 sqq., 272.

ܗܘ ܒܐܝܕܗ: ܘܐܡܪ ܠܗ. ܛܠܝܐ ܡܩܝܡ ܠܟ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ:
ܘܡܚܕܐ ܩܡ ܛܠܝܐ ܗܘ ܘܣܓܕ ܠܛܘܒܢܐ ܡܪܝ
ܡܐܪܝ. ܘܫܐܠܗ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܡܢܘ
ܩܛܠܟ ܒܪܝ، ܘܒܡܕܒܪܐ ܗܢܐ ܐܪܡܝܟ. ܐܡܪ ܠܗ ܛܠܝܐ
ܗܘ. ܠܒܝܬܗ ܐܠܗܐ ܗܢܐ ܕܝܠܢ ܥܠܬ ܐܝܟ ܕܐܟܘܠ ܡܢ
ܦܐܪ̈ܘܗܝ. ܘܩܡܘ ܥܠܝ ܪ̈ܝܫܝ ܚܝܠܐ ܕܝܠܗ ܘܪܓܡܘܢܝ ܒܟܐܦ̈ܐ
ܘܩܛܠܘܢܝ. ܘܐܬܦܢܝ ܛܘܒܢܐ ܠܘܬ ܬܐܬܐ ܗܝ. ܘܐܡܪ ܠܫܐ̈ܕܐ
ܗܠܝܢ. ܐܘ ܒ̈ܢܝܬܐ ܡܛܠ ܡܢܐ ܡܛܥܝܢܬܘܢ ܠܒ̈ܢܝܢܫܐ
ܘܩܛܠܬܘܢ ܠܗܘܢ. ܡܛܠܗܢܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܕܠܐ
ܟܠܝܠ ܠܟܘܢ ܒܡܠܬܗ ܚܝܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܬܥܡܪܘܢ ܒܐܝܠܢܐ
ܗܢܐ. ܐܘ ܒܕܘܟܬܐ ܗܕܐ. ܘܛܪܕ ܐܢܘܢ ܡܢ ܬܡܢ: ܠܢܝܠܘܣ
ܢܗܪܐ. ܘܠܬܐܬܐ ܗܝ ܠܛܗ̇ ܘܐܬܥܩܪܬ ܡܢ ܥܩܪ̈ܝܗ̇. ܘܩܡ
ܛܘܒܢܐ ܡܢ ܬܡܢ ܘܒܬ ܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܡܢ ܬܚܘ̈ܡܝܗ̇.

illi : *Adolescens, suscitat te Jesus Christus.* Et illico surrexit adolescens iste et adoravit beatum Mar Marim. Et interrogavit eum beatus Mar Mares et dixit illi : *Quis necavit te, fili mi, et in hæc deserta projecit?* Dixit illi adolescens : *Ad domum hujusce dei nostri accessi, ut manducarem de fructibus ejus, et insurrexerunt in me principes exercituum ejus, et lapidaverunt me lapidibus et interfecerunt.* Tum conversus est beatus ad ficum illam, dixitque dæmonibus istis : *O scelerati, quare decipitis homines et occidistis eos? Idcirco ego dico vobis jam per vivum Dei verbum vos prohiberi habitatione arboris hujus aut hujusce loci.* Et ejecit eos inde ad Nilum (1) flumen, et ficui ipsi maledixit : quæ radicitus evulsa est. Et surrexit beatus illinc et progressus pernoctavit extra oppidum et extra confinia ejus. Eadem autem nocte extulerunt vocem suam dæmones illi et

(1) Duos canales juxta nomen celeberrimi fluminis Ægypti dictos *Nahr-Nil*, sed multo magis ad austrum sitos prope ruinas Babylonis, memorat Ritter, XI, pp. 783 et 911. Item (*Bibl. Orient.* t. III, p. I, pagg. 264, 551 et 557) ab Amro recensetur episcopus quidam oppidi *Nili* in provincia patriarchali siti, cui aliquando junctus fuit episcopatus *Zabe (al-Zawabi)*, inter Seleuciam et Kaschkar. Cfr. Hoffmann, p. 84.

ܘܟܕ ܗܘܐ ܠܠܝܐ. ܐܪܗܛܘ ܟܠܗܘܢ ܐܢ̈ܫܐ ܗܢܘܢ ܘܐܡܪܘ.
ܚܪܒܬ ܓܠܠ ܚܪܒܬ ܓܠܠ: ܗܐ ܢܦܩܝܢ ܚܢ. ܘܫܡܥܘ ܟܠܗܘܢ
ܐܢܫܝ̈ ܡܕܝܢܬܐ: ܘܐܫܬܡܥܬ ܐܦ ܒܝܬ ܡܠܟܐ.

ܠܨܦܪܗ ܕܝܢ ܕܝܘܡܐ ܫܕܪ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ ܠܐܕܐ ܬܠܡܝܕܗ: ܕܢܥܘܠ ܠܫܘܩܐ ܘܢܙܒܢ ܠܚܡܐ. ܘܥܠ ܐܕܐ ܘܐܫܬܘܗܪ ܬܡܢ. ܘܩܡ ܡܪܝ ܡܐܪܝ ܘܕܥܡܗ ܘܐܬܘ ܒܬܪܗ. ܘܐܫܟܚܘܗܝ ܟܕ ܝܬܒ: ܠܩܘܒܠ ܬܪܥܗ ܕܡܠܟܐ ܐܕܪ. ܘܡܠܠ ܐܢܣܝܡܘܣ ܚܕ ܡܢ ܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ ܕܛܘܒܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܠܡܢܐ ܝܬܒܬ ܗܪܟܐ. ܠܡ ܠܐ ܕܚܠܬ ܘܐܬܪܗܒܬ ܡܢ ܦܘܩܕܢܗ ܕܪܒܢ. ܕܡܢ ܨܦܪܐ ܘܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܡܢ ܠܘܬܗ ܢܦܩܬ: ܘܠܐ ܐܬܚܙܝܬ ܠܟ ܕܬܗܦܘܟ. ܥܢܐ ܐܕܐ ܘܐܡܪ ܫܒܘܩܘ ܠܝ. ܟܕ ܥܠܬ ܠܫܘܩܐ: ܠܐ ܐܫܟܚܬ ܒܗ ܠܚܡܐ. ܘܚܙܬܢܝ ܐܢܬܬܐ ܚܕܐ ܘܐܡܪܬ ܠܝ. ܬܐ ܥܡܝ ܘܣܒ

dixerunt : *Herbath Glal* (1), *Herbath Glal; ecce eximus nos.* Et audierunt omnes homines oppidi, et relatum hoc quoque fuit apud regem.

Sanat filiam regis Adar.

16. Diluculo autem diei ablegavit beatus Mar Mares Ada, discipulum suum, ut ingrederetur forum et emeret panem. Et ingressus est Ada et moram ibi traxit. Et surrexit Mar Mares et socii ejus, illumque insecuti invenerunt sedentem e conspectu portæ regis Adar. Locutusque est Onesimus, unus e discipulis beati, et dixit ei : *Quare hic sedes? Nonne times et perterreris ob mandatum magistri nostri, quod a diluculo usque nunc ab ipso discesseris, quin tibi visum fuerit ut revertaris?* Respondit Ada et dixit : *Veniam mihi date : quum ingressus essem forum, non inveni in eo panem, et vidit me mulier quædam, quæ dixit mihi : Veni mecum et accipe quod quæris. Et ingressa est*

(1) ܚܪܒܬ ܓܠܠ *Herbath-Gelal,* quod significat *vastata est Gelal* seu *vastata est vallis.* Narratione quam hic exhibet forte vult auctor noster originem exponere nominis quod inditum fuit civitati episcopali *Herbath-Gelal,* de qua in nota præcedenti. Hæc ex ejus mente, ut ex contextu liquet, ad eamdem regionem ac Darabhar seu Darabhad pertinuisse censenda est.

ܡܛܪܕ ܕܒܥܐ ܐܢܬ. ܘܟܠܗ ܠܒܝܬܐ ܗܢܐ. ܘܗܐ ܢܛܪ ܐܢܐ ܠܗ. ܘܟܕ ܗܘ̈ܝ ܡܡܠܠܝܢ: ܗܐ ܐܢܬܬܐ ܗܝ ܢܦܩܬ ܘܠܚܡܐ ܥܡܗ̇. ܘܫܐܠܗ̇ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ، ܡܐܪܝ ܘܐܡܪ ܠܗ̇. ܗܢܐ ܐܦܕܢܐ ܕܡܢ ܐܝܬܘܗܝ. ܘܥܢܬ ܘܐܡܪܬ ܠܗ. ܕܗܢܐ ܕܝܪܬܐ ܕܡܠܟܐ ܕܝܠܢ ܐܝܬܘܗܝ. ܘܟܕ ܗܘ ܗܟܢ ܡܡܠܠ. ܘܗܐ ܒܪܬ ܡܠܟܐ ܡܦܩܝܢ ܠܗ̇ ܡܢ ܕܝܪܬܐ ܠܕܝܪܬܐ ܐܚܪܬܐ. ܘܠܒܝܢ ܠܗ̇ ܥܒ̈ܕܐ ܡܢ ܝܡܝܢܐ ܘܡܢ ܣܡܠܐ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ، ܡܐܪܝ. ܡܢܐ ܛܒܐ ܕܥܠܝܡܬܐ ܗܕܐ. ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܥܒ̈ܕܘܗܝ. ܒܟܘܪܗܢܐ ܗܢܐ ܪܡܝܐ ܫܢ̈ܝܐ ܣܓܝ̈ܐܬܐ. ܘܟܕ ܚܙܗ̇ ܛܘܒܢܐ ܐܬܪܚܡ ܥܠܝܗ̇. ܘܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗ̇. ܛܠܝܬܐ ܠܟܝ ܐܡܪ ܐܢܐ. ܒܫܡܗ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܢܨܪܝܐ ܩܘܡܝ ܥܠ ܪ̈ܓܠܝܟܝ. ܘܒܗܕܐ ܕܡܠܬܐ ܫܪ ܪ̈ܓܠܝܗ̇ ܘܟܠܗܘܢ ܗܕ̈ܡܝܗ̇. ܘܐܬܬ ܛܠܝܬܬܐ ܘܥܠ ܪ̈ܓܠܘܗܝ، ܕܛܘܒܢܐ ܢܦܠܬ. ܘܡܓܦܦܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ. ܡܠܟܐ ܕܝܢ ܐܒܘܗ̇ ܒܨܝܕܐ ܐܝܬܘܗܝ، ܗܘܐ. ܘܐܙܠ ܡܣܒܪܢܐ ܠܘܬܗ. ܘܐܡܪ ܠܗ. ܠܐ ܝܕܥܬ ܕܚܕܘܬܐ ܪܒܬܐ ܥܒܕ ܠܟ ܐܠܗܐ ܝܘܡܢܐ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܢܐ. ܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܓܒܪܐ ܚܕ

domum istam, et ecce eam observo. Eoque hæc loquente, ecce mulier illa exiit et panis cum ea; eamque interrogavit beatus Mar Mares, et dixit illi : *Hæcce arx cujusnam est?* Et respondit et dixit illi : *Est hoc palatium regis nostri.* Et dum hæc diceret, ecce filiam regis educebant ex una æde in ædem aliam, eamque servi sustinebant a dextris et a sinistris. Dixit illis beatus Mar Mares : *Quomodo se habet puella hæc?* Dixerunt ei servi ejus : *In infirmitate hac jacet annis plurimis.* Quumque eam vidisset beatus, misertus est ejus, eamque alloquens dixit : *Puella, tibi dico : in nomine Jesu Christi Nazareni, sta super pedes tuos!* Et per idem hoc verbum confirmavit pedes et omnia membra ejus, et venit puellula ad pedes beati procidens, eosque amplectens. Rex autem pater ejus in venatione erat. Eumque adiit nuntius, hæc dicens : *Ignoras quoniam gaudium magnum fecit tibi Deus hodie?* Dixit illis : *Quodnam?* Dixerunt illi : *Vir quidam indutus habitu fulgenti verbo oris sui liberavit filiam tuam ab omnibus dolo-*

ܕܚܠܦ ܐܣܝܘܬܐ ܢܘܗܪܐ. ܘܡܠܟܬܐ ܕܝܢ ܒܫܥܬܗ. ܐܬܚܠܡܬ
ܒܪܬܗ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܒܐܬܪܝܗ. ܘܗܘ ܒܪ ܫܥܬܗ ܩܡ ܘܗܦܟ
ܥܡܗܘܢ. ܘܟܕ ܩܪܒ ܠܘܬ ܬܪܥܐ ܘܚܙܝܗ ܠܛܘܒܢܐ ܘܠܒܪܬܗ
ܘܥܡܐ ܣܓܝܐܐ ܕܝܬܒܝܢ ܬܡܢ. ܘܦܩܕ ܘܥܠ ܛܘܒܢܐ
ܠܘܬܗ. ܘܫܐܠܗ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܡܢܐ ܐܢܬ. ܐܠܗܐ ܐܘ
ܒܪܢܫܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ. ܠܐ ܗܘܝܬ ܐܠܗܐ
ܡܪܝ ܡܠܟܐ. ܐܠܐ ܒܪܢܫܐ ܐܢܐ ܥܒܕܗ ܕܐܠܗܐ ܚܝܐ. ܐܡܪ
ܠܗ ܡܠܟܐ ܘܡܢܘ ܝܘܠܦܢܟܘܢ. ܘܠܐܝܠܝܢ ܐܠܗ̈ܐ ܦܠܚܝܬܘܢ:
ܕܗܠܝܢ ܬܕܡܪ̈ܬܐ ܘܐܣܘ̈ܬܐ ܒܐܝ̈ܕܝܗܘܢ ܡܫܬܟ̈ܚܢ.
ܐܡܪ ܠܗ ܫܠܝܚܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ. ܝܘܠܦܢܐ ܕܝܠܢ ܘܬܘܕܝܬܢ.
ܟܪܣܛܝܢܐ ܚܢܢ. ܘܠܡܫܝܚܐ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܣܓܕܝܢܢ. ܘܒܫܡܗ
ܗܠܝܢ ܣܥܪܝܢܢ. ܘܡܚܕܐ ܦܩܕ ܡܠܟܐ: ܕܢܬܟܢܫܘܢ ܠܘܬܗ
ܟܠܗܘܢ ܟܪ̈ܝܗܐ ܕܡܕܝܢܬܐ. ܘܒܥܐ ܡܢ ܛܘܒܢܐ. ܕܢܥܒܕ
ܐܬܘ̈ܬܐ ܩܕܡܘܗܝ، ܘܩܕܡ ܪ̈ܘܪܒܢܘܗܝ، ܕܝܬܝܪܐܝܬ ܬܫܪܪ
ܠܘܬܗ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܒܡܫܝܚܐ. ܘܟܕ ܐܬܟܢܫܘ ܟܪ̈ܝܗܐ
ܘܚܠܝ̈ܡܐ. ܓܒܪ̈ܐ ܘܢܫ̈ܐ ܘܛܠܝ̈ܐ: ܘܟܠܗ ܥܡܐ ܡܢ ܟܠ ܕܘܟ.

ribus ejus. Ipse igitur illico surrexit et reversus est cum eis. Et dum ad portam accederet, vidit beatum et filiam suam et populum multum sedentes illic. Quo jubente ingressus est beatus ad ipsum. Quem interrogavit dicens : *Quidnam es tu, deus an homo?* Dixit ei beatus Mar Mares : *Non sum deus, domine rex, sed homo sum, servus Dei vivi.* Dixit illi rex : *Et quænam est doctrina vestra, et quosnam deos colitis, quod talia prodigia et sanationes per manus eorum efficiantur?* Respondit illi apostolus Mar Mares : *En doctrina nostra et professio nostra : christiani sumus, et Christum filium Dei adoramus, et in nomine ejus hæc efficimus.* Et statim jussit rex ut congregarentur apud ipsum omnes infirmi civitatis, et rogavit beatum ut faceret signa coram ipso et coram proceribus ipsius, ut magis apud ipsum confirmaretur fides in Christum. Tum vero congregati sunt infirmi et sani, viri, mulieres ac pueri, et omnis undecumque populus, ut viderent miracula et virtutes quæ per manus beati fierent : beatus autem Mar

ܕܝܫܘܥ ܬܕܡܪ̈ܬܐ ܘܚܝ̈ܠܐ ܕܒܐܝ̈ܕܗ، ܦܘܩܕܢܐ ܩܘܡ. ܦܘܩܕܢܐ
ܕܡܢ ܡܪܝ، ܡܐܪܝ، : ܒܫܡܗ ܕܝܫܘܥ ܢܨܪܝܐ : ܫܪܐ ܐܢܘܢ
ܠܟܠܗܘܢ ܡܚ̈ܝܐ ܟܕ ܚܠܝܡܝܢ. ܘܩܥܝܢ ܗܘܘ ܩܕܡ ܡܠܟܐ
ܘܐܡܪܝܢ. ܪܒ ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܗܢܐ ܡܟܪܙ. ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܐܠܗ̈ܐ.
ܘܗܘܝܘ ܒܠܚܘܕ ܐܠܗܐ ܒܫܡܝܐ ܘܒܐܪܥܐ.

ܘܒܗ ܒܝܘܡܐ ܗܘ ܐܬܬܠܡܕܬ ܡܕܝܢܬܐ ܗܝ : ܥܡ ܡܠܟܐ
ܐܕܪ. ܘܫܒܩܗ ܛܘܒܢܐ ܠܐܕܐ ܒܐܬܪܐ ܕܕܪܒܗܪ. ܘܗܘ ܛܘܒܢܐ
ܡܪܝ ܡܐܪܝ، ܘܕܥܡܗ ܐܙܠܘ ܠܐܬܪܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ. ܘܒܗ ܒܐܬܪܐ
ܗܘ ܬܠܡܝ̈ܕܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܩܢܐ. ܡܠܟܘܬܐ ܓܝܪ ܗܕܐ ܐܚܪܬܐ
ܕܦܪ̈ܣܝܐ ܕܫܠܡܬ ܫܘܠܡܐ ܒܝܕ ܐܪܕܫܝܪ ܥܕܟܝܠ ܠܐ ܫܠܡܬ

Mares in nomine Jesu Nazareni dimisit eos omnes sanos qui plaga percussi erant. Et clamabant coram rege, dicentes : *Major est Deus quem ille prædicat, omnibus diis, et Ipse est solus Deus in cælo et in terra.*

17. Itaque die illa conversa est civitas, cum rege Adar. Et reliquit beatus Ada in regione Darabhar; ipse vero beatus Mar Mares et socii ejus profecti sunt in regionem Persarum, et in illa regione ipse multos nactus est discipulos. Regnum enim illud alterum Persarum, quod finem (1) accepit per Ardeschirum, adhuc non

Quo ad fidem adducto cum sua civitate, S. Mares in regione

(1) Nomine *Ardeschir* (lingua persica antiqua *Artachschathra*, græce Ἀρταξέρξης) alius hoc loco intelligi nequit quam ille qui post devictum Artabanum, Arsacidarum regum ultimum, factus est *Schahan-schah* seu rex regum, anno qui incipit 26ª septembris anni 226 æræ christianæ (videsis D'Herbelot, *Bibliothèque orientale*, V° Ardschir Babegan ; Nöldeke, *Geschichte der Perser und Araber zur Zeit der Sasaniden, aus Tabari,* pp. 1 et 409) et Sasanidarum dynastiam fundavit. Jam vero si standum sit significationi consuetæ vocis ܫܘܠܡܐ quæ idem sonat ac *finis*, dicendus esset auctor noster perhibere imperium ab Ardeschiro *destructum* nondum exstitisse sancti Maris tempore, dum contra hæc Arsacidarum sive Aschkhaniorum dynastia ab Ardeschiro eversa plus ducentis ante æram christianam annis florebat atque jam Strabonis ævo Seleuciæ sedem suam hiberno tempore habebat. At si pro ܫܘܠܡܐ legere liceat ܫܘܡܠܝܐ (quod idem valet atque *perfectio, completa constitutio,* τελειότης), locus hic alioqui valde confusus et omnino inexplicabilis planus evadit et liquidus. Scilicet regnum « alterum »

ܗܘܬ ܫܘܪܝܐ. ܡܕܝܢܬܐ ܕܝܢ ܘܐܬܪܘܬܐ ܕܒܒܠ ܘܕܦܪܣ:
ܡܠܟܘܢܐ ܘܣܓܝܐܐ ܡܠܝܢ ܗܘܘ ܘܠܐܬܪܐ ܕܒܒܠ : ܦܪܬܘܝܐ
ܕܗܢܘܢ ܡܕܒܪܝܢ ܗܘܘ. ܡܡܠܟ ܗܘܐ ܕܝܢ ܗܝܕܝܢ ܒܙܒܢܐ ܗܘ
ܒܒܒܠ. ܐܦܪܗܛ ܒܪ ܐܦܪܗܛ ܦܪܬܘܝܐ. ܒܣܠܘܩ.

ceperat initium. Urbes autem et regiones Babelis et Persidis reguli (1) multi implebant, regionem vero Babelis (ipsi) Parthi, utpote qui (illic) moderabantur. Regnabat autem tunc, eo tempore, in Babylonia Aphrahates (2), filius Aphrahatis Parthi, in Seleucia et Ctesiphonte (3),

Persarum (ex auctoris nostri sententia veteris regni Akhemenidarum velut restitutio) quod per Ardeschirum *constitutum* est, nondum eo tempore quo Mar Mares evangelium in Babylonensi regione prædicavit, exstitisse notatur. Porro quum auctor noster nullum sermonem misceat de excidio hujus " alterius „ imperii ab Ardeschiro constituti, ex hoc silentio arguitur eum scripsisse ante annum Hegiræ vigesimum, quo Yesdegerdes III, Sasanidarum regum ultimus, per calipham Omar ex Madain vicinisque regionibus expulsus fuit. Cfr. quæ diximus in Prolegom. — (1) Edidi ܡܠܟܘܢܐ *reguli*. In codice meo ܡܠܟܘܢܐ legitur; ܡܠܟܘܢܐ in K. Utrumque amanuensis cujusdam ignorantiæ tribuendum suspicor. — Parthorum imperium, quod eo tempore divisum orbis imperium cum Romanis tenebat, in plures satrapias sive provincias, etiam parvas, veluti feuda quædam, tribuebatur, ut notum est. De majoribus scribebat Plinius, *Hist. Nat.*, lib. VI, sect. XXIX, eo fere ævo quo vivebat Mar Mares : " Regna Parthorum duodeviginti sunt omnia : ita enim dividunt provincias, circa duo ut diximus maria, Rubrum a meridie, Hyrcanum a septentrione. „ — (2) *Aphrahates* sive *Phraates* nomen est inter Parthos Persasque frequentissimi usus. Quisnam vero designari hic sit censendus, exploratum non est ; quamquam de eo cogitari potest qui Romam obses missus fuit tempore Augusti cæsaris atque a Tiberio in patriam Artabano æmulus fuit remissus. Is tamen Seleuciæ vix regnasse videtur atque anno 35 p. C. e vivis excessit. Cfr. Tacitus, *Annal.* VI, 31 et 32, ubi hæc habet : " Nobiles Parthi in Urbem venere, ignaro rege Artabano... Ii... quia neminem gentis Arsacidarum summæ rei imponere poterant, interfectis ab Artabano plerisque aut nondum adultis, Phrahaten, regis Phrahatis filium, Roma poscebant... Cupitum id Tiberio. Ornat Phrahaten, accingitque paternum ad fastigium... Et Phrahates apud Syriam, dum omisso cultu romano cui per tot annos insueverat, instituta Parthorum insumit, patriis moribus impar, morbo absumptus est. „ — (3) *Seleucia* et *Ctesiphon*, duæ urbes celeberrimæ, quarum hæc ad orientalem, illa ad occidentalem Tigridis ripam exstructæ fuerunt. De his afferre juvat quæ scripsit Plinius, non multo tempore postquam ibi evangelium seminavit Mar Mares : " Babylon| ad solitudinem rediit, exhausta vicinitate Seleuciæ, ob id

ܘܩܛܝܣܦܘܢ ܕܒܝܬ ܐܪܡܝܐ. ܛܒ ܓܝܪ ܥܬܝܪ̈ܢ ܗܘܝ̈. ܒܙܒܢܐ
ܗܘ ܩܕܡ ܕܢܚܪܒܘܢ ܓܝ̈ܣܐ ܠܣܠܝܩ ܡܕܝܢܬܐ.
ܡܢ ܒܬܪ ܕܝܢ ܗܦܟܗ ܕܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܪܝ ܒܐܬܪ̈ܘܬܐ
ܕܣܘܪ̈ܝܝܐ: ܢܚܬ ܠܗ ܐܦ ܠܒܝܬ ܐܪ̈ܡܝܐ ܘܩܕܡܐܝܬ: ܠܐܬܪܐ

Beth-Armaje (1) urbibus. Valde enim opulentæ erant istæ urbes tempore illo, priusquam destruxissent prædones Seleuciam antiquam.

18. Post reditum autem beati Mar Maris in regiones Syrorum, descendit etiam in Beth-Armaje, et primo quidem ad regionem ubi nunc Bagdad, Ecclesiam

conditæ a Nicatore intra nonagesimum [?] lapidem, in confluente Euphratis fossa perducti atque Tigris : quæ tamen Babylonia cognominatur, libera hodie ac sui juris, Macedonumque moris. Ferunt ei plebis urbanæ DC. M. esse : situm vero mœnium, aquilæ pandentis alas; agrum totius Orientis fertilissimum. Invicem ad hanc exhauriendam, Ctesiphon juxta tertium ab ea lapidem in Chalonitide condidere Parthi, quod nunc caput est regnorum. „ *Hist. Nat.*, lib. VI, sect. xxx. Seleucia, a Seleuco Nicatore condita, seu juxta veterem Cochen ampliata, ad canalem seu fossam Nahr Malka qua Tigris Euphrati jungitur, non tam vicinitate Ctesiphontis exhausta fuit, quam Romanorum irruptione subsecutisque deprædationibus deleta est : eam primo Trajanus imperator anno 116 victor ingressus esse videtur, atque postea legatis jussit incendio destruere; dein circa annum 165, sub Marco Aurelio ac Lucio Vero, Cassius urbem, occisis incolis, ita penitus destruxit ut eam quadraginta post annis Septimius Severus solo æquatam et fere vacuam invenerit. Ctesiphon vero, quæ prius non nisi hibernacula Parthorum exstitit, etsi ter Arsacidarum tempore a Romanis capta, alteri civitati diu superfuit, atque per Sasanidas. præsertim seculo IV sub Sapore II, novo aucta est splendore. Ab Orientalibus porro plerumque *Madain* vocata est, quamquam hoc nomine summa plurium urbium significatur, in quibus Sasanidicæ dynastiæ reges ad utramque Tigridis ripam sedem suam identidem habebant, quarumque præcipuæ Ctesiphon erant ac Beh-Ardaschir, loco Seleuciæ ab Ardeschiro exstructa. Cfr. Ritter, X, 69 sq., 121 sq., 163 sqq.; item Nöldeke, *Geschichte der Perser*, etc., 16. — Seleucia permansit sedes Catholicorum sive primatum Orientis, donec seculo VIII condito Bagdado, huc illi transmigrarunt. Cfr. *Bibl. Orient.* t. III, p. II, p. 622-626; Lequien, *Oriens Christ.*, II, col. 1093 sq.; Lamy, *Concilium Seleuciæ et Ctesiphonti habitum*, col. 22 ; Barhebræi *Chron. eccl.* (supra, p. 9). Regio in qua civitatis illæ, Seleucia et Ctesiphon, sitæ erant, vocabatur *Beth-Armaje*. Vide not. seq. —

(1) *Beth-Armaje*, uti a scriba nostro, vel *Beth-Aramaje*, ut plerumque alibi scribitur, nomen est regionis, quam exponit P. Smith per *Assyriam*. Non recte, nec jure innixus Assemano cujus indicat *Bibl. Orient.*, I, 354 et 358; neutro enim indicato loco Assemanus pro voce syriaca Beth-Aramaje latine Assyriam ponit,

ܪܕܢ. ܘܥܠ ܒܪܘܫܐ ܠܩܪܝܬܐ ܚܕܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܐܒܕ. ܘܬܠܡܕ
ܬܡܢ ܠܓܒܪܐ ܚܕ ܪܝܫ ܐܬܪܐ: ܡܪܐ ܩܢܝܢܐ ܣܓܝ̈ܐܐ. ܕܫܡܗ
ܗܘܐ ܠܩܢܐ ܠܗ ܘܠܟܠܗ ܒܝܬܗ. ܘܒܥܠܬܗ ܣܓܝ̈ܐܐ ܒܢܝ̈
ܛܘܗܡܐ ܘܒܢܝ̈ ܐܬܪܐ ܘܬܘ̈ܬܒܐ ܕܠܗ ܐܬܩܪܒܘ ܠܕܚܠܬ
ܐܠܗܐ. ܘܒܟܠܗܝܢ ܡܕ̈ܝܢܬܐ ܕܝܠܗ ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܠܥܠ ܡܢ ܣܠܝܩ
ܘܩܛܝܣܦܘܢ ܘܒܫܪܟܐ ܕܡܕ̈ܝܢܬܐ ܕܪܕܢ. ܒܢܐ ܥܕ̈ܬܐ
ܘܕ̈ܝܪܬܐ ܠܡܗܝܡ̈ܢܐ ܕܒܗܝܢ. ܕܗܘܝ̈ܢ ܐܝܟ ܕܡܫܬܠܡܐ:
ܬܠܬܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܚܡܫ. ܘܗܐ ܡܬܝܒܠ ܕܘܟܪܢܗ ܒܟܠܗܝܢ

plene constituit.

Radan (1), et ingressus est initio in vicum quemdam qui dicitur Abad (2), et convertit illic virum quemdam loci principem, possessorem rerum multarum, cujus nomen erat Laqna (3), ipsum totamque familiam ejus. Et propter ipsum multi consanguinei, populares et advenæ accesserunt ad verum Dei cultum. Et in omnibus oppidis ejus quæ erant supra Seleuciam et Ctesiphontem, necnon in reliquis oppidis regionis Radan ædificavit ecclesias et monasteria fidelibus inibi existentibus: quæ fuerunt, uti traditur, trecentæ et sexaginta quinque. Et ecce perpetuatur memoria ejus in omnibus illis usque

sed priori *Assyriorum*, posteriori *Aramæorum* vocabulum habet. At illa quoque laxior est translatio. Nam *Beth-Aramaje* (sive *Aramæa*) non Assyriam proprie dictam, longe magis ad boream sitam, sed fere Babyloniam vel hodiernum *Irak Arabi* designat, eam nempe regionem quæ diœcesin patriarchæ Seleuciensis aliquando efformavit, unaque regiones Tirhan atque Radan seu Gokhai complexa est. Persæ *Suristan* eam appellabant, quod maximam partem illius incolæ Syri essent sive Aramæi. Cfr. *Bibl. Orient.*, II, 458; Hoffmann, op. cit., 259; Nöldeke, op. cit., 15. — (1) *Radan* regio erat ad septentrionem Bagdadi, inter *Dijalah* (Gynden) et *Adhem* (Physcum), duos in Tigridem ab oriente affluentes amnes, ad austrum montium Hamrin seu Hemrin (Hoffmann, p. 71). Occurrit sequiori tempore Radan urbs in Babylonia, episcopalis, ad patriarchalem provinciam spectans. *Bibl. Orient.*, III, n. 772; Lequien, *Oriens Christ.*, II, 1175 sq. — (2) *Abad*, quod nomen persica lingua *structuram* et *urbem* significat, locus is esse potuit de quo Assemanus *Bibl. Orient.*, III, n. 706: " Abad, ait, locus in Bagdadensium civitate, ubi ecclesia S. Simeonis Barsabaæ, archiepiscopi Seleuciensis et martyris: sedes patriarcharum Nestorianorum, dicta Sabaæ, alias *Dorta*, arabibus *Dar-el-Rum*, hoc est, ædes Romæorum. „ — (3) *Laqna*. Supra, p. 11, a Mari Salomonis vocatur *Heleana*.

ܒܕܡܟܐ ܠܝܘܡܢܐ: ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܫܪܪ ܠܪ̈ܘܝܢܐ[1] ܒܕܚܠܬ ܐܠܗܐ. ܘܩܒܥ ܠܗܘܢ ܩܫܝ̈ܫܐ ܘܡܫܡܫ̈ܢܐ. ܢܩܦ ܠܗ ܚܕ ܡܢ ܒܢܘ̈ܗܝ ܕܗܘ ܠܩܢܐ ܫܡܗ ܗܘܐ. ܥܡ ܐܚܪ̈ܢܐ ܣܓܝ̈ܐܐ.

ܘܢܚܬܘ ܠܗܘܢ ܠܣ̈ܠܝܩ ܡܕܝܢܬܐ ܕܝܬܒܐ ܥܠ ܕܓܠܬ. ܡܛܠ ܕܠܝܬ ܗܘܐ ܟܪܣܛܝܢܘܬܐ ܒܗ ܒܐܬܪܐ. ܐܦܠܐ ܐܫܬܟܚ ܐܢܫ ܕܢܩܒܠ ܐܢܘܢ ܒܒܝܬܗ ܡܛܠ ܐܠܗܐ. ܐܠܐ ܐܓܪܘ ܗܘ ܛܘܒܢܐ ܘܕܒܝܬܗ ܒܝܬܐ ܘܥܡܪܘ ܗܘܘ ܒܗ. ܘܐ̈ܢܫܐ ܕܣܠܝܩ: ܐ̈ܢܫܐ ܒܝ̈ܫܐ ܕܣܓܕܘܬܐ ܗܘܘ. ܘܥܒܪ ܡܪܝ ܡܐܪܝ ܒܟܠܗ ܣܠܝܩ: ܘܐܢܫ ܠܐ ܐܬܬܦܢܝ ܠܗ. ܘܚܙܐ ܐܢܘܢ: ܕܒܡܕܡ ܐܚܪܢ ܠܐ ܚܝܝܢ: ܐܠܐ ܒܡܐܟܘܠܬܐ ܘܒܡܫܬܝܐ ܘܒܪܘܝܘܬܐ. ܘܥܕܠܐ ܢܫܦܟ ܗܘܐ ܚܡܪܐ ܕܝܘܡ ܩܕܡ: ܡܩܕܡܝܢ ܗܘܘ ܘܫܬܝܢ ܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ. ܘܠܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܐܬܪܐ ܕܢܡܠܠ ܥܡܗܘܢ ܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ. ܡܛܠ ܕܟܠ ܥܕܢ ܪ̈ܘܝܐ ܡܫܬܟܚܝܢ ܗܘܘ. ܘܟܕ ܚܙܐ ܕܐܢܫ ܠܐ ܐܬܬܦܢܝ ܠܗ. ܟܬܒ

[1] *ita legitur in codd. nostris; quæ est alucinatio scribæ, nam procul dubio legendum est* ܠܪ̈ܕܢܝܐ

hodie. Et postquam confirmavit Radanenses in religione, eisque constituit presbyteros et diaconos, adhæsit ei unus ex filiis istius cui Laqna nomen erat, cum aliis multis.

In urbe Seleucia, ubi omnes incolæ comessationibus dediti erant.

19. Et descenderunt ipsi in Seleuciam, civitatem sitam ad Tigridem. Atqui non existebat christianismus in illa regione, nec inventus est ullus qui exciperet eos in domum propter Deum; verum conduxerunt beatus et socii ejus domum et manserunt in ea. Homines autem Seleuciæ homines perversi erant ac idololatræ; transiitque Mar Mares per totam Seleuciam, at nemo conversus est. Animadvertit autem eos in nulla alia re occupari nisi in cibo et potu et ebrietatibus; et priusquam effusum esset vinum diei præcedentis, jam in antecessum bibebant in diem sequentem. Defuit ergo illi occasio loquendi ad ipsos verbum Dei, eo quod perpetuo ebrii invenirentur. Quumque videret nullum converti posse, scripsit epistolam, quam

ܐܓܪܬܐ ܘܫܕܪ ܠܘܬ ܫܠܝ̈ܚܐ ܚܒܪ̈ܘܗܝ، ܠܐܬܪܐ ܕܒܝܬ ܢܗܪܝܢ ܠܡܕܝܢܬܐ ܐܘܪܗܝ. ܘܟܬܒ ܗܟܢܐ: ܕܐܪܥܐ ܗܕܐ ܕܫܕܪܬܘܢܢܝ ܠܗ̇. ܐܪܥܐ ܗܝ ܕܒܝܫܬܐ ܘܡܠܝܐ ܟܘ̈ܒܐ. ܘܐܢܫ̈ܝܗ̇ ܪ̈ܡܝܢ ܐܢܘܢ ܘܩܫܝܢ. ܘܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ ܕܐܦܠܘܚ ܘܐܙܪܘܥ ܐܢܘܢ. ܘܗܫܐ ܐܢ ܦܣܩܬܘܢ ܠܝ ܐܬܐ ܠܘܬܟܘܢ. ܐܘ ܐܙܠ ܠܝ ܠܐܬܪܐ ܐܚܪܢܐ. ܘܫܠܝ̈ܚܐ ܐܬܚܫܒܘ ܡܫܚܫܒܬܐ. ܘܫܩܠܘ ܪܥܝܢܐ ܬܪܝܨܐ. ܘܐܬܒܛܠܘ ܠܗܘܢ ܥܠ ܚܝ̈ܘܗܝ ܕܒ̈ܢܝ ܡܕܝܢܬܐ ܕܠܐ ܢܐܒܕܘܢ. ܘܟܬܒܘ ܐܓܪܬܐ ܠܘܬ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ. ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ̇ ܗܟܢܐ. ܕܠܐ ܫܠܝܛ ܠܟ ܕܬܐܬܐ ܠܟܐ. ܐܘ ܕܬܫܒܘܩ ܠܐܬܪܐ ܐܚܪܢܐ. ܥܕܡܐ ܕܬܣܩ ܠܪܘܡܐ ܕܗܠܝܢ ܛܘ̈ܪܐ ܘܪܝܫ ܪ̈ܡܬܐ. ܘܬܟܒܘܫ ܘܬܦܠܘܚ ܘܬܙܪܘܥ ܐܢܘܢ. ܘܬܝܬܐ ܦܐ̈ܪܐ ܠܥܠܠܬܐ. ܘܟܕ ܚܙܐ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ، ܕܠܝܬ ܠܗ ܦܘܪܣܐ ܕܢܐܙܠ ܠܕܘܟ: ܐܬܚܫܒ ܗܘܐ ܒܪܥܝܢܗ ܕܡܢܐ ܢܥܒܕ. ܒܗ̇ ܕܝܢ ܒܣܠܝܩ ܬܠܬܐ ܒܣܝ̈ܡܐ ܐܝܬ ܗܘܘ. ܚܕ ܕܣ̈ܒܐ ܘܚܕ ܕܥܠܝ̈ܡܐ ܘܚܕ ܕܓ̈ܠܠܐ. ܗܟܢܐ ܗܘܐ ܪܢ ܠܒܗ ܠܦܘܪܣܘܗܝ. ܘܐܬܚܫܒ ܗܘܐ

misit ad apostolos collegas suos in regionem Mesopotamiæ, in urbem Edessæ, scripsitque in hunc modum : “ Terra ista ad quam me “ misistis, terra est mala et plena spinis, atque ejus incolæ elati “ sunt et obdurati; neque possum ego eis laborem et semina- “ tionem tribuere. Nunc igitur, prout judicabitis, veniam ad vos, “ vel recedam ad regionem aliam. „ Apostoli autem inter se habita deliberatione consuluerunt, ceperuntque sententiam rectam: nempe curæ fuit ipsis salus incolarum urbis, ne perirent. Scripserunt epistolam ad sanctum Mar Marim, in qua sic habebatur : “ Non licet “ tibi huc venire, neque alium in locum concedere, priusquam ascen- “ deris in altitudinem illorum montium et summitatis collium, ad ea “ comprimenda, aranda, seminanda, ita ut fructus ad proventum “ adduxeris. „ Quumque vidisset beatus Mar Mares nullum modum sibi suppetere alio secedendi, cogitavit in mente sua quidnam ageret. Erant autem Seleuciæ tria convivia, unum senum, aliud adolescen-

ܠܛܠܝܐ. ܕܝܪܫܐ ܠܗ ܣܘܢܩܠܐ ܒܫܘܪܝܐ ܕܗܘ̈ܝܐ. ܕܐܢ ܡܫܟܚܐ ܡܢ ܗܪܟܐ ܨܐܕ ܐܢܐ ܢ̈ܦܫܬܗܘܢ. ܘܐܙܠ ܠܘܬܗܘܢ. ܘܐܣܬܡܟܘܗܝ، ܠܬܚܬ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܡܛܠ ܕܐܡܪܝܢ ܗܘܘ. ܕܓܒܪܐ ܗܘ ܐܟܣܢܝܐ. ܘܟܠܝܘܡ ܥܡܗܘܢ ܒܙܡܪܐ ܘܒܚܕܘܬܐ ܡܬܗܦܟ ܗܘܐ.

ܘܠܒܬܪ ܙܒܢܐ ܐܬܟܪܗ ܗܘܐ ܡܥܝܥܢ ܦܘܚܪܐ. ܘܦܩܕ ܗܘܐ ܥܠ ܒܝܬܗ ܡܢ ܕܝܠܗ ܗܝ ܝܪܬܘܬܐ. ܘܐܦ ܟܠܗܝܢ ܡܣܢܩܢܘܬܐ ܕܩܒܘܪܬܐ ܛܝܒܘ ܗܘܘ ܠܗ. ܘܡܕܝܢܬܐ ܟܠܗ ܠܣܘܥܪܢܗ ܐܬܬ ܗܘܬ. ܘܟܕ ܢܦܩ ܗܘܬ ܟܢܘܫܬܐ ܕܣܥܪܐ ܗܘܬ ܠܗ: ܐܦ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ، ܡܪܝ، ܥܐܠ ܘܣܥܪ ܗܘܐ ܠܗ. ܘܟܕ ܢܦܠ ܠܗ ܛܒ ܒܟܘܪܗܢܐ ܗܢܐ: ܐܡܪ ܠܗ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ، ܡܪܝ،. ܐܣܝܡ ܐܝܕܝ ܥܠܝܟ: ܒܫܡܗ ܕܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ. ܘܡܬܚܠܡ ܐܢܬ. ܘܓܒܪܐ ܗܘ ܠܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܕܢܡܠܠ. ܡܛܠ ܕܠܡܘܬ ܩܪܝܒ ܗܘܐ. ܘܩܡ ܡܪܝ، ܡܪܝ،: ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ. ܒܫܡܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܘܒܗ ܒܗ̇ ܙܒܢܐ. ܚܝܐ ܗܘ ܓܒܪܐ

tium, tertium denique puerorum; sic enim ordinaverant sua convivia. Jam vero sibi proposuerat beatus ut immitteret se adversarium in convivium senum, *ut, si fieri possit, exinde vener,* aiebat, *eorum animas.* Itaque ivit ad eos, eumque accumbere fecerunt infra omnes, quippe qui dicerent eum esse hominem peregrinum. Et quotidie cum ipsis in cantu et gaudio familiariter agebat.

20. Ast paulo post ægrotavit senior (1) convivii, et disposuit domui suæ, cujusnam foret ipsius hereditas; atque omnia sepulturæ necessaria paraverant illi. Porro universa civitas ad eum visitandum convenerat. Quumque exiret turba quæ eum visitabat, etiam beatus Mar Mares ingressus est et visitavit eum. Quumque vehementer jam lapsus esset infirmitate ista, dixit illi beatus Mar Mares : *Ponam manum meam super te in nomine Dei veri, et convalesces.* Et vir ille non poterat loqui, eo quod morti esset proximus. Et surrexit Mar Mares et posuit manum

post sanatum præsidem convivii

(1) ܡܥܝܥܢ *senior* seu *præses.*

ܪܩܝܥܐ ܕܐܬܦܬܚ ܫܡܝܐ. ܘܚܙܐ ܕܢܚܬ ܠܓܒܪܐ ܒܕܡܘܬܗ ܕܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ܆ ܘܐܚܕܗ ܒܐܝܕܗ ܘܐܩܝܡܗ. ܘܒܪ ܫܥܬܗ ܐܬܚܠܡ ܠܓܒܪܐ ܗܘ. ܘܩܡ ܡܢ ܥܪܣܗ. ܗܝܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ ܡܠܠ ܥܡܗ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܗܘܝ ܟܪܣܛܝܢܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܓܒܪܐ ܗܘ. ܘܡܢܐ ܗܝ ܟܪܣܛܝܢܘܬܐ܆ ܐܠܗܐ ܚܕܬܐ ܡܥܠ ܐܢܬ ܠܥܠܡܐ. ܘܡܪܝ ܡܐܪܝ ܐܡܪ ܠܗ. ܐܠܗܐ ܠܘ ܚܕܬܐ ܗܘ܆ ܡܛܠ ܕܡܢ ܒܪܫܝܬ ܐܝܬܘܗܝ، ܘܠܥܠܡ ܩܝܡ. ܘܗܘ ܥܒܕ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܝܡܡܐ ܘܟܠ ܕܐܝܬ ܒܗܘܢ. ܘܠܐ ܡܬܕܪܟ ܘܠܐ ܡܬܬܚܕ. ܘܒܪܐ ܕܡܢܗ ܝܠܝܕ ܡܢ ܟܝܢܗ. ܕܡܘܠܕܗ ܠܐ ܡܬܒܨܐ. ܘܠܐ ܡܬܡܨܝܐ ܡܢ ܒܢܝܢܫܐ. ܨܡܚܐ ܗܘ ܓܝܪ ܕܐܠܗܘܬܗ. ܘܫܕܪܗ ܠܥܠܡܐ ܕܢܪܥܘܗܝ ܠܐܒܘܗܝ، ܒܐܝܕܗ. ܘܒܚܕܐ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ܆ ܕܡܠܠܬ ܒܢܒܝܐ ܦܘܪܩܢܐ ܕܠܥܠܡ. ܘܬܠܬܐ ܩܢܘܡܐ ܫܪܝܪܐ ܕܫܘܝܢ ܒܟܠܡܕܡ. ܘܐܚܝܕܝܢ ܟܠ ܕܡܬܚܙܐ ܘܟܠ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ. ܘܡܨܝܢ ܥܠ ܟܠ ܘܕܝܢܝܢ ܠܟܠ. ܗܢܐ ܗܘ ܗܟܝܠ ܦܘܪܩܢܗܘܢ ܕܟܪܣܛܝܢܐ. ܘܒܫܡ ܗܢܐ

super eum in nomine Domini Jesu Christi. Et illa ipsa hora vidit vir ille ægrotus cœlum apertum, et vidit descendentem virum in similitudine beati Mar Maris, qui ipsum prehendit manu sua et erexit. Atque illico convaluit vir ille atque e lecto suo surrexit. Tum beatus Mar Mares locutus est cum eo et dixit illi : *Sis christianus.* Dixit ei vir ille : *Et quid est christianismus? Deum novum inducis tu in mundum.* Et Mar Mares dixit illi : *Deus non novus est, quippe qui a principio est et in æternum manet, atque Ipse fecit cœlum et terram et maria et omnia quæ in eis sunt; ast percipi et comprehendi haud potest. Et Filius ex Eo natus est de ejus substantia, cujus generatio investigari nequit, quamque scrutari non valent homines; est enim splendor divinitatis ejus : quem misit in mundum ut eum reconciliaret Patri suo per semetipsum. Et uno Spiritu sancto, qui locutus est per prophetas, fit redemptio æterna. Hinc tres personæ sunt veræ, in omnibus æquales, tenentes omnia visibilia et omnia invisibilia; quæ cuncta possunt et cuncta judicant. Talis est igitur redemptio christianorum, et in nomine Ejus*

ܥܒܕܝܢ ܟܠܡܕܡ ܘܡܚܠܡܝܢ ܟܪ̈ܝܗܐ. ܘܛܪܕܝܢ ܪ̈ܘܚܐ ܒܝ̈ܫܬܐ ܡܢ ܒܢ̈ܝܢܫܐ. ܗܝܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ ܓܒܪܐ ܗܘ ܠܛܘܒܢܐ. ܐܠܗܐ ܐܢܬܬܐ ܢܣܒ: ܘܗܘܐ ܠܗ ܡܢܗ̇ ܒܪܐ. ܘܡܪܝ، ܡܐܪܝ، ܐܡܪ ܠܗ. ܡܘܠܕܗ ܩܕܡܝܐ ܕܒܪ ܐܠܗܐ ܠܐ ܡܢ ܐܢܬܬܐ ܐܝܬܘܗܝ، ܗܘܐ: ܐܠܐ ܝܠܝܕ ܡܢ ܟܝܢܗ ܕܐܒܐ: ܚܝܠܐ ܘܚܟܡܬܐ. ܐܠܗܐ ܗܘ ܫܪܝܪܐ. ܒܪܐ ܕܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܫܪܝܪ ܐܠܗܐ. ܘܗܝܡܢ ܗܝܕܝܢ ܪܫ ܦܘܚܪܐ ܠܡ̈ܠܘܗܝ، ܕܛܘܒܢܐ ܡܪܝ، ܡܐܪܝ،. ܘܬܠܡܕܗ ܠܗ ܘܠܒܢ̈ܝ ܒܝܬܗ. ܘܐܥܡܕ ܐܢܘܢ ܒܫܡ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܘܩܡ ܗܘ ܓܒܪܐ ܘܐܙܠ ܗܘܐ ܠܦܘܚܪܗ. ܘܗܘܐ ܬܡܢ ܐܝܟ ܕܡܢ ܩܕܝܡ.

ܘܡܢ ܒܬܪ ܩܠܝܠ ܙܒܢ: ܐܬܟܪܗ ܐܦ ܪܫ ܕܪ̈ܥܐ ܒܕܡܘܬܐ ܠܡܘܬܐ ܐܝܟ ܚܒܪܗ. ܘܒܗ̇ ܒܕܡܘܬܐ ܐܙܠ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ، ܡܐܪܝ، ܠܡܣܥܪܗ ܥܡ ܗܢܘܢ ܕܣܥܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗ. ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝ، ܡܐܪܝ،. ܐܣܝܡ ܐܝܕܝ ܥܠܝܟ: ܒܫܡ ܐܠܗܐ ܕܝܠܝ ܘܡܬܚܠܡ ܐܢܬ. ܘܓܒܪܐ ܗܘ ܠܐ ܐܫܟܚ ܕܢܡܠܠ ܥܡܗ. ܡܛܠ ܕܠܡܘܬܐ

operamur omnia et curamus infirmos, et ejicimus spiritus malos ex hominibus. Tunc dixit vir ille beato : *Deusne accepit uxorem, habuitque ex ea filium?* Et Mar Mares dixit illi : *Generatio prima Filii Dei non fuit ex muliere, verum natus est e substantia Patris, virtus et sapientia : est Deus verus, filius Dei sicut verus Deus.* Et credidit tunc præses convivii verbis beati Mar Maris; isque docuit eum et domesticos ejus, et baptizavit eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Surrexitque vir ille et venit ad convivium suum, fuitque illic sicut antea.

21. Iterum vero post parum temporis, ægrotavit quoque primus post præsidem (1) usque ad mortem sicut socius ejus, et in eadem specie ivit beatus Mar Mares ad visitandum eum una cum eis qui eum visitabant. Dixit illi Mar Mares : *Imponam manum meam super te in nomine Dei mei, et convalesces.* Et vir ille non poterat loqui cum illo, et ejus primum assessorem

(1) Ita interpretatus sum ܪܫ ܕܪܥܐ *caput brachii* (i. e. assessorum primus).

ܩܪܝܒ ܗܘܐ. ܩܕܡ ܕܝܢ ܒܥܝܢܘܗܝ ܚܪ ܘܚܙܐ ܐܦ ܗܘ ܕܐܬܦܬܚ ܫܡܝܐ܆ ܘܢܚܬ ܓܒܪܐ ܒܕܡܘܬܗ ܕܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ. ܘܐܚܕܗ ܒܐܝܕܗ ܘܐܩܝܡܗ. ܘܐܬܬܦܢܝ ܗܘ ܘܒܢܝ ܒܝܬܗ܆ ܘܐܙܠ ܠܫܘܪܘܗ. ܘܣܡܟ ܐܝܟ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ܆ ܘܐܦ ܗܘ ܐܙܠ ܗܘܐ ܘܣܡܟ ܒܕܘܟܬܗ ܐܝܟ ܕܡܢ ܩܕܝܡ. ܘܐܡܪܘ ܠܘܬ ܚܕܕܐ ܗܢܘܢ ܒܢܝܢܫܐ ܕܐܬܬܦܢܝܘ܆ ܗܢܐ ܓܒܪܐ ܐܠܗܐ ܗܘ. ܘܐܡܪ ܗܘ ܡܕܒܪ ܫܘܪܘܐ ܠܟܠܗ ܫܘܪܘܐ. ܐܚܝ ܫܡܥܘܢܝ܆ ܐܢܐ ܟܕ ܐܬܟܪܗܬ ܚܙܝܬ ܒܚܙܘܐ ܕܐܬܦܬܚ ܫܡܝܐ. ܘܢܚܬ ܓܒܪܐ ܒܕܡܘܬܗ ܕܗܢܐ ܘܐܩܝܡܢܝ ܡܢ ܥܪܣܐ ܕܟܘܪܗܢܝ. ܘܐܡܪ ܡܕܒܪ ܫܘܪܘܐ ܠܬܪܝܢ ܕܝܠܗ. ܡܛܠ ܕܒܐܝܕܗ ܐܬܚܠܡܢ ܡܢ ܥܪܣܐ ܕܟܘܪܗܢܐ܆ ܗܫܐ ܐܬܪܐ ܕܣܡܟܐ ܠܐ ܙܕܩ ܠܗ. ܡܛܠ ܕܡܬܚܬܝܐ ܗܝ܆ ܕܘܟܬܗ. ܘܐܢ ܡܥܠܝܢܢ ܠܗ ܠܘܬܢ܆ ܪܓܙܝܢ ܠܗܘܢ ܒܢܝ ܣܠܝܩ܆ ܡܛܠ ܕܐܟܣܢܝܐ ܗܘ. ܡܛܠ ܢܣܒ ܠܢ ܚܕ ܛܠܝܐ ܘܢܪܡܐ ܠܗ ܒܣܕܝܐ ܒܝܢܬ ܠܝ ܘܠܟ. ܘܥܒܕܘ ܐܝܟ ܕܐܡܪܘ.

eo quod esset morti proximus. Verum coram oculis suis intuitus est, et vidit etiam ipse apertum cœlum et descendentem virum in similitudine beati Mar Maris, qui ipsum manu sua accipiebat et erigebat. Et conversus est ipse et domestici ejus. Porro ivit ad convivium suum et reclinavit sicut prius beatus Mar Mares. Atque etiam ille ibat, et reclinavit in loco suo sicut prius. Dixeruntque ad invicem homines illi ad fidem conversi : *Vir iste deus est.* Dixitque præses convivii ad convivium : *Fratres mei, audite me : ego, quum infirmus essem, vidi in visione cœlum apertum, et virum inde descendentem, similem huic, qui me e lecto infirmitatis meæ erexit.* Dixitque præses convivii ad vicepræsidem : *Quandoquidem e lecto infirmitatis convaluimus per illum, jam accubitionis locus non convenit ipsi, quippe quod inferior sit locus ille; at, si introduxerimus eum ad nos, irascentur Seleucienses, quia peregrinus est. Igitur accipiamus quemdam puerum, qui sternat illi pulvinar inter me et te.* Et fecerunt prout dixerant.

ܘܡܢ ܒܬܪ ܙܒܢܐ ܡܛܬܗ ܦܠܚܘܬܐ ܕܢܫܡܫ ܗܘܐ ܒܝܢܬܗܘܢ. ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܗܢܘܢ ܕܐܬܬܠܡܕܘ. ܦܠܚܘܬܟ ܗܝ: ܡܟܝܠ ܗܫܐ ܛܝܒ ܒܠܚܡܐ ܘܒܚܡܪܐ. ܥܝܕܐ ܐܝܬ[1] ܒܣܠܝܩ ܕܡܢ ܕܥܒܕ ܦܠܚܘܬܐ ܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ ܐܦ ܪ̈ܝܚܐ ܘܙܡܪ̈ܐ ܗܘ ܡܝܬܐ ܡܢ ܒܝܬܗ. ܗܫܐ ܗܒ ܐܢܬ ܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ. ܘܚܢܢ ܡܝܬܝܢܢ ܙܡܪ̈ܐ ܘܪ̈ܝܚܐ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܪܝ ܡܪܐܝ. ܐܘܕܥܘܢܝ ܡܩܕܡ ܐܘܪܥܢܘ ܡܢ ܩܕܡ ܙܒܢܐ. ܘܐܢܐ ܥܒܕ ܐܢܐ ܟܠ ܕܦܩܕܝܢ ܠܝ. ܘܟܬܒ ܐܓܪܬܐ ܠܫ̈ܠܝܚܐ ܚܒܪ̈ܘܗܝ. ܘܫܕܪ ܠܗܘܢ ܠܐܘܪܗܝ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܟܬܒ ܠܗܘܢ ܗܟܢܐ. ܐܝܟ ܕܫܠܚܬ ܠܟܘܢ ܡܢ ܩܕܡ. ܕܗܕܐ ܐܪܥܐ ܕܫܕܪܬܘܢܝ ܥܠܝܗ̇: ܐܪܥܐ ܗܝ ܕܡܠܝܐ ܟܘ̈ܒܐ ܘܕܪ̈ܕܪܐ. ܘܠܐ ܡܫܟܚܢ ܪ̈ܓܠܝ ܕܢܕܘ̈ܫܢ ܒܗ̇. ܘܐܦ ܛܘ̈ܪܐ ܘܪ̈ܡܬܐ ܕܐܝܬ ܒܗ̇ ܠܐ ܡܬܟܒܫܝܢ ܠܝ. ܘܐܢܬܘܢ ܫܠܚܬܘܢ ܠܝ. ܕܠܐ ܫܠܝܛ ܠܟ

[1] S. *pro* ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܗܢܘܢ ... ܥܝܕܐ ܐܝܬ *habet hoc loco* ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܦܠܚܘܬܟ ܗܝ. ܡܟܝܠ ܗܫܐ ܛܝܒ ܒܠܚܡܐ ܘܒܚܡܪܐ. ܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܥܝܕܐ ܐܝܬ *id est :* dixerunt ei : " Ministerium tuum est. Igitur nunc cura tu panem et vinum. „ Dixerunt ei : " Mos est... „

22. At vero post aliquod tempus pervenit ad ipsum ordo ministerii, ut ministraret ipse inter eos. Dixerunt illi qui conversi fuerant : *Ministerium tuum est. Igitur nunc cura tu panem et vinum; mos est Seleuciæ ut ille qui vices ministerii agit, panem et vinum, necnon aromata ac cantores adducat e domo sua. Nunc da tu panem et vinum, et nos dabimus cantores et aromata.* Dixit illis Mar Mares : *Vos certiorem me faciatis ante tempus, et ego faciam omne quod mihi præscribitis.* Atque scripsit epistolam ad coapostolos suos eamque transmisit in Edessam urbem, et scripsit eis sic : " Quando nuntiavi vobis olim " agrum super quem me misistis, esse agrum plenum spinis et tribu- " lis, quem non possunt pedes mei conculcare, pariter illius montes et " colles mihi minime subigi, vos mihi ita renuntiastis : Non licet tibi

occasione convivii a se instructi

ܕܬܐܬܐ ܠܟܐ. ܘܐܦܠܐ ܕܠܐܘܟ ܬܐܙܠ. ܥܕܡܐ ܕܬܟܒܘܫ ܠܛܘܪ̈ܐ ܘܪ̈ܡܬܐ ܕܐܝܬ ܒܗ. ܘܬܙܪܘܥ ܒܗ ܙܪܥܐ ܕܚܝ̈ܐ. ܘܬܥܒܕ ܡܢ ܦܐܪ̈ܐ ܕܥܠܠܬܐ ܠܫܡܝܐ. ܘܟܕ ܚܙܝܬ ܕܠܝܬ ܠܝ ܦܘܪܣܐ ܡܢ ܕܐܥܒܕ ܗܕܐ. ܐܙܠܬ ܘܣܡܟܬ ܠܝ ܒܡܫܬܝܐ ܕܩܫܝ̈ܫܐ ܘܐܫܬܘܬܦܬ ܥܡܗܘܢ ܒܡܐܟܠܐ ܘܒܡܫܬ̈ܝܐ ܘܒܙܡܪܐ ܐܟܘܬܗܘܢ. ܘܒܚܝܠܗ ܕܐܠܗܐ ܘܒܝܕ ܨܠܘ̈ܬܟܘܢ ܬܠܡܕܬ ܡܢܗܘܢ ܬܪܝܢ ܩܫܝ̈ܫܐ ܕܡܫܬܝܐ. ܘܗܐ ܡܛܬܢܝ ܦܠܚܘܬܐ ܐܦ ܠܝ ܠܡܥܒܕ ܐܝܟ ܥܝܕܐ ܕܠܗܘܢ. ܗܫܐ ܫܕܪܘ ܠܝ ܡܢ ܕܗܒܐ ܕܠܘܬܟܘܢ ܘܡܙܡܪ̈ܢܐ ܦܪ̈ܝܫܐ ܕܡܙܡܪܝܢ ܛܒܐܝܬ. ܘܡܫ̈ܚܐ ܓܒ̈ܝܐ ܕܐܥܒܕ ܐܟܘܬܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܗܪܟܐ ܡܕܡ ܠܝܬ ܠܝ. ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܫܡܥܘ ܫܠܝ̈ܚܐ ܠܒܝ̈ܫܝ ܢܘܗܪܐ ܚܕܝܘ. ܘܫܕܪܘ ܠܗ ܕܗܒܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܘܗܪ̈ܘܡܐ ܛܒ̈ܐ. ܘܬܦ̈ܐ ܘܟܢܪ̈ܐ ܘܨܠܨ̈ܠܐ ܘܟܠ ܙܢ̈ܝ ܙܡܪܐ. ܕܣܠܝܩܘ ܠܝܬ ܗܘܐ ܐܟܘܬܗܘܢ. ܘܐܬܘ ܠܘܬ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ ܠܒܒܠ.

" huc venire, neque etiam alio recedere, prius quam subegeris montes
" et colles qui sunt in eo, et seminaveris in eo semen vitæ miserisque
" e fructibus proventuum ad cœlum. Videns porro mihi nullum sup-
" petere modum quo id obtinerem, ivi et reclinavi in convivio senum,
" et commercium habui cum eis in cibo, potu ac cantu, eos imitans :
" atque per virtutem Dei et per preces vestras converti ex eis duos
" convivii seniores.—Et ecce ad me pertigerunt vices epulas struendi,
" ut et ego juxta eorum morem omnia præparem. Quapropter, mit-
" tite mihi de auro vestro, necnon de cantoribus præstantibus qui
" optime cantant, ac unguenta præcipua, ut faciam sicut ipsi; hic enim
" nihil possideo. „ Quum autem hæc audierunt apostoli luciferi, gavisi sunt, miseruntque illi aurum, sicut dixerat illis; et aromata bona, et tympana et citharas et cymbala et omnia instrumenta symphoniæ, ita ut Seleuciæ non essent similia. Et venerunt ad beatum Mar Marim in Babylonia.

ܘܟܕ ܡܛܐ ܝܘܡܐ ܕܢܫܡܫ. ܥܒܕ ܦܠܚܘܬܐ ܪܒܬܐ ܕܐܢܫ ܐܟܘܬܗ ܠܐ ܥܒܕ ܒܣܠܝܩ. ܘܟܕ ܐܟܠܘ ܘܐܫܬܝܘ ܟܠܗ ܦܘܫܪܐ. ܦܩܕ ܕܢܥܠܘܢ ܙܡܪܐ. ܘܥܠܘ ܙܡܪܐ ܗܢܘܢ ܘܐܪܝܡܘ ܩܠܐ ܒܙܡܪܐ ܕܐܬܬܙܝܥܘ ܦܘܫܪܐ ܬܠܬܝܗܘܢ. ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܥܠܘܗܝ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܡܪܐ܆ ܕܗܢܐ ܓܒܪܐ ܐܠܗܐ ܗܘ. ܡܛܠ ܕܒܟܠܗܝܢ ܨܒܘܬܗ ܦܪܝܫ. ܘܩܪܒܘ ܟܠܗܘܢ ܠܘܬ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܪܐ܆ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܒܥܝܢ ܡܢܟ ܕܢܩܘܘܢ ܗܠܝܢ ܙܡܪܐ ܗܪܟܐ ܘܠܐܬܪܘܬܗܘܢ ܠܐ ܢܗܦܟܘܢ. ܘܐܡܬܝ ܕܡܛܝܐ ܠܟ ܦܠܚܘܬܐ ܠܡܦܠܚ: ܢܫܬܒܩ ܠܟ ܦܠܚܘܬܐ ܒܐܓܪܐ ܕܙܡܪܐ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܗܘ ܩܕܝܫܐ. ܐܢܐ ܐܓܪܐ ܕܙܡܪܐ ܠܐ ܐܟܠܢܐ. ܐܠܐ ܐܢ ܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ: ܡܠܬܐ ܚܕܐ ܐܝܬ ܠܝ ܕܐܡܪ ܠܟܘܢ. ܘܫܡܥܘܢܢܝ. ܐܡܪܝܢ ܠܗ܆ ܐܡܪ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܗܘܘ ܟܪܣܛܝܢܐ. ܘܙܡܪܐ ܗܠܝܢ ܫܒܝܩܝܢ ܠܟܘܢ. ܬܘܒ ܘܐܦ ܗܢܘܢ ܫܐܠܘܗܝ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ ܡܢܐ ܗܝ܆ ܟܪܣܛܝܢܘܬܐ ܫܡܐ ܗܢܐ ܕܡܢ ܡܬܘܡ ܠܐ ܫܡܝܥ ܠܢ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܗܝܡܢܘ ܒܐܠܗܐ ܐܚܝܕ ܟܠ. ܗܘ ܕܥܒܕ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܠܝܬ ܐܠܗܐ ܠܒܪ ܡܢܗ.

23. Quum vero advenisset dies in quo ministraret, apposuit mensam magnam, ita ut nemo talem fecerit in Seleucia. Quumque manducassent et bibissent per totum convivium, jussit ut intrarent cantores; et ingressi sunt cantores illi, et moverunt voces, adeo ut iis tria convivia resultarent. Dicebant de sancto Mar Mari : *Iste vir deus est, nam in cunctis negotiis suis excellit.* Et accesserunt omnes ad beatum Mar Marim et dixerunt illi : *Rogamus te ut maneant isti cantores hic, nec ad regiones suas revertantur. Et quum redierint tibi vices ministrandi, condonabitur tibi ministerium in mercedem cantorum.* Dixit illis sanctus : *Ego mercedem cantorum non comedo; verum, si velitis, unum verbum est mihi quod vobis dicam, et audite me.* Dixerunt illi : *Dic.* Dixit illis : *Fiatis christiani, et cantores illi relinquentur vobis.* Iterum autem illi interrogaverunt eum et dixerunt illi : *Quid est christianismus? Nomen istud unquam non est auditum a nobis.* Dixit illis : *Credite in Deum omnipotentem, qui fecit cœlum et*

verum Deum annuntiat.

ܘܒܒܪܗ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚ̄: ܗܘ ܕܢܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܠܒܫ ܦܓܪܐ ܕܒܢܝܢܫܐ. ܘܐܗܦܟ ܐܢܘܢ ܠܘܬܗ. ܘܗܝܡܢܘ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܗܿܘ ܕܗܘ ܝܗܒ ܒܐܝ̈ܕܝܢ ܚܝ̈ܠܐ: ܘܐܬܐܣܝܘ ܗܠܝܢ ܪ̈ܫܝ ܦܘܫܪ̈ܟܘܢ. ܘܫܪܝ ܕܢܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܗܠܝܢ ܓܝܪ ܕܠܗܘܢ ܣܓܕܝܬܘܢ ܗܫܐ ܘܫܒܩܝܬܘܢ ܣܓܕܬܗ ܕܥܒܘܕܟܘܢ: ܠܐ ܗܘܘ ܐܠܗ̈ܐ ܐܝܟܢܐ ܕܣܒܪܝܢܬܘܢ. ܐܠܐ ܬܘܒܘ ܡܢ ܛܥܝܘܬܐ ܗܕܐ ܘܗܝܡܢܘ ܒܚܕ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ. ܘܢܘܪܐ ܓܝܪ ܗܕܐ ܕܡܢܟܘܢ ܡܬܦܠܚܐ: ܚܕܐ ܡܢ ܒܪ̈ܝܬܗ ܐܝܬܝܗ̇ ܕܐܠܗܐ ܘܐܝܬܝܗ̇ ܦܝ ܫܬܝܩܬܐ ܘܪܚܝܩܐ ܡܢ ܐܠܗܘܬܐ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܫܐܠܘܗܝ. ܕܐܝܟܘ ܐܠܗܟ ܕܝܠܟ. ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܐܠܗܝ ܕܝܠܝ ܠܐ ܡܬܚܙܝܢܐ ܗܘ. ܘܥܡܪ ܒܨܦܝܘܬܐ ܒܡܪ̈ܘܡܐ. ܘܟܠ ܕܨܒܐ ܥܒܕ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܥܢܘ ܘܐܡܪܘ. ܕܐܦ ܐܠܗܐ ܕܝܠܢ ܗܕܐ ܢܘܪܐ ܐܝܬܝܗ̇. ܘܢܗܝܪܐ ܘܡܘܩܕܢܝܬܐ ܘܚܙܝܐ ܠܢ. ܘܐܦ ܚܢܢ ܚܙܝܢ ܠܗ̇. ܠܗܘ ܕܝܢ ܕܠܐ ܡܬܚܙܝܐ ܠܐ ܡܬܛܦܝܣܝܢ ܠܡܦܠܚ. ܗܘ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܕܐܢܐ ܒܚܝܠܗ ܕܐܠܗܝ ܠܐ ܡܬܚܙܝܢܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ ܕܐܩܛܘܠ ܠܗܕܐ

terram, et præter quem non est Deus; et in Filium ejus Jesum Christum, qui descendit e cœlo et induit corpus humanum et convertit homines ad se; et credite in Spiritum sanctum, eumdem illum qui dedit in manibus nostris virtutes, ita ut sanarentur principes conviciorum vestrorum. Et cœpit dicere illis: *Illi enim quos vos adoratis nunc, relinquentes adorationem Factoris vestri, non sunt dii, sicut putatis. Quare convertimini ab errore illo, et credite in unum Deum verum. Ignis autem ille qui a vobis colitur, una est ex creaturis Dei, et quidem muta ac omnino distans a divinitate.* Illi autem rogaverunt eum: *Ubinam est Deus tuus?* Ille vero dixit illis: *Deus meus est invisibilis, et habitat in splendore in excelsis; et omnia quæ vult, facit.* Illi ergo responderunt et dixerunt: *Imo deus noster est ignis iste, et lucet et urit et videt nos, atque nos etiam eum videmus. Illi autem invisibili servire omnino nolumus.* At beatus Mar Mares dixit illis: *Ego per virtutem Dei mei invisibilis possum occidere illum deum vestrum, et ille non potest me*

ܐܠܗܬܗܘܢ ܗܘ، ܠܐ ܡܫܟܚܐ ܕܬܗܪܝܘܗܝ. ܡܟܝܠ ܕܬܬܕܥܘܢ ܕܠܘ ܐܠܗܐ ܗܘ.، ܒܕ ܡܢ ܒܪܢܫܐ ܚܫܘܫܐ ܡܝܬܐ ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܚܠܦܘܗܝ ܣܒܪܐ. ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܩܘܡ ܐܢܬ ܘܪܓܘܡ ܐܢܬ ܠܗ ܒܟܐܦܐ ܘܢܦܟ[1] ܐܢܬ ܒܗ ܥܦܪܐ ܘܡܝܐ: ܕܬܕܥܟܝܗ̇ ܐܝܟ ܡܐ ܕܐܦ ܚܢܢ ܡܫܟܚܝܢ ܗܘ ܗܕܐ. ܐܢ ܕܝܢ ܐܝܬ ܚܝܠܐ ܒܐܠܗܟ ܝܬܝܪ ܡܢܗ. ܒܚܝܪܐ ܗܒ. ܒܘܚܢܐ ܕܥܝܕܗ ܘܥܘܠ ܠܓܘ ܫܠܗܒܝܬܗ. ܘܐܢ ܩܛܠ ܠܗ ܬܩܛܘܠ: ܘܐܢܬ ܕܝܢ ܠܐ ܬܬܟܘܐ. ܐܬܝܕܥܬ ܕܪܒ ܐܠܗܟ ܡܢܗ. ܘܚܝܠܗ ܡܢ ܚܝܠܗ.

ܘܐܬܬܦܝܣ ܩܕܝܫܐ ܙܪܝܙܐ ܬܟܝܠ ܥܠ ܡܪܗ ܠܒܥܘܬܗܘܢ ܗܕܐ. ܘܠܒܬܪ ܝܘܡܐ ܟܕ ܐܘܩܕܘ ܐܬܘܢܐ ܕܝܠܗܘܢ ܕܗܘܐ ܫܠܗܒܝܬܐ ܪܒܬܐ: ܐܬܟܢܫܘ ܬܡܢ ܟܠܗܘܢ. ܘܒܥܘ ܕܢܥܘܠ ܠܗ. ܘܡܢܗܘܢ ܒܙܘܥܠܐ ܘܡܢܗܘܢ ܚܫܘܫܬܢܘܬܐ ܡܚܠܠܝܢ ܗܘܘ ܒܗܘܢ. ܚܬܡ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ ܢܦܫܗ ܒܢܝܫܐ ܦܘܪܩܢܐ. ܘܠܗ̇ ܐܦ ܠܢܘܪܐ ܪܫܡ ܨܠܝܒܐ. ܘܥܠ ܠܓܘܗ̇ ܘܩܡ ܕܠܐ ܢܟܝ.

[1] *Loco vocis* ܢ̈ܦܟ *quæ, si omnino ad linguam syriacam pertineat,* fucandi, pingendi *sensum faceret, puto legendum esse* ܢܦܘܚ

lædere : ut istinc sciatis eum non esse deum. Quandoquidem per hominem passibilem sit moriturus, non sit vobis in eo fiducia. Dicunt illi : *Consurges tu et projicies in eum lapides, effundesque in eum pulverem et aquam, ut extinguas eum, sicut etiam nos idem possumus. Si vero sit in Deo tuo virtus major isto, præbe consuetam illius probationem, ingrediendo intra flammam ejus; et si quidem ipsum interfeceris, tu vero adustus non fueris, manifestum erit Deum tuum esse eo majorem, ejusque virtutem illius virtutem superare.*

24. Sanctus vero strenuus, Domino suo confisus, huic istorum petitioni assensus est. Postridie ergo quum incendissent fornacem ipsorum, ita ut esset flamma ingens, illic congregati sunt omnes, et petierunt ut intraret in eam. Atque alii eum territabant, alii vero commiserationem erga illum exprimebant. Sanctus autem sese signavit redemptionis signo, atque pariter super ignem signavit cru-

In fidei testimonium bis per ignem transit illæsus, et sanat duos cæcos et filiam præ-

ܡܢܗܘܢ ܕܝܢ ܐܘܕܝܘ ܠܚܝܠܐ ܐܠܗܝܐ. ܘܡܢܗܘܢ ܐܡܪܝܢ. ܕܠܐ ܒܡܐܝܬ ܐܬܬܣܝܡܬ ܢܘܪܐ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ ܡܛܠ ܦܠܓܘܬܗܘܢ ܕܢܫܪܐ ܠܗ ܠܡܚܪ ܠܬܪܥܐ ܬܡܢ ܕܗܘܢܐ ܩܕܡܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܐܬܦܝܣ: ܕܢܥܒܕ ܨܒܝܢܗܘܢ ܒܝܘܡܐ ܕܠܡܚܪ. ܘܐܘܩܕܘܗ ܠܢܘܪܐ ܒܚܝܠܬܐ. ܘܐܘܩܕܘ ܗܘܘ ܒܢܟܠ ܘܒܢܟܠܝܢ. ܘܢܩܝܦ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܣܛܢܐ ܗܘ ܕܩܛܠ ܒܪܢܫܐ ܡܢ ܫܘܪܝܐ ܗܘ: ܒܥܠܕܒܒܐ ܥܬܝܩܐ. ܘܒܗ ܒܗ ܒܕܡܘܬܐ ܬܘܒ: ܒܐܬܐ ܕܨܠܝܒܐ ܬܟܝܠ ܘܥܠ ܘܫܪܝ، ܡܕܥܟܘ ܠܗ. ܘܒܥܘ ܡܢܗ ܕܠܐ ܢܕܥܟܝܗ. ܐܠܐ ܢܫܒܘܩ ܥܕܡܐ ܕܬܕܥܟ. ܘܥܒܕ ܗܟܢܐ ܥܕܡܐ ܕܚܣܪܬ ܘܐܬܕܥܟܬ. ܘܗܘ ܢܦܩ ܕܠܐ ܢܟܝܢ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܟܕ ܚܙܘ ܚܝܠܐ ܐܠܗܝܐ. ܗܝܡܢܘ ܒܐܠܗܐ ܘܩܒܠܘ ܪܘܫܡܐ ܕܚܝܐ. ܘܠܨܦܪܐ ܕܡܚܪ ܢܦܩ ܡܠܟܐ. ܕܢܬܒ ܒܕܘܟܬܐ ܕܡܛܝܒܐ ܗܘܬ ܠܗ. ܘܐܬܟܢܫܘ ܠܘܬܗ ܥܡܐ ܣܓܝܐܐ. ܘܫܪܝܘ ܡܢܗܘܢ ܐܟܠܝܢ ܩܪܨܘܗܝ ܕܩܕܝܫܐ. ܘܡܢܗܘܢ ܡܫܒܚܝܢ

fecti vexatam a dæmone.

cem. Et ingressus est in eum et exiit absque læsione. Quidam ergo recte agnoverunt virtutem divinam; alii contra dicebant: *Non apte impositus est ignis.* Sanctus vero ob divisionem inter illos, spopondit se postridie, ut istam solveret dubitationem, iterum ingressurum. Itaque consensit ille ut eorum voluntati obsecundaret die insequenti. Porro incenderunt ignem vehementer; nam et incenderunt fraudulenter, et adhærebat illis satanas, qui est homicida ab initio, hostis antiquus. Atque eodem rursus modo fretus signo crucis ingressus est, cœpitque ignem extinguere; at rogaverunt eum ut eum non extingueret, sed relinqueret donec interiret. Et fecit sic, donec defecisset et extingueretur; ipse vero exiit illæsus. Isti ergo quum vidissent virtutem divinam, crediderunt in Deum et acceperunt signaculum vitæ (1). Postridie autem mane exiit rex in loco sibi præparato sessurus, convenitque ad eum populus numerosus. Tum vero quidam accusare sanctum, alii vero eum laudare. Et respondit rex et

(1) I. e. baptisma, quod sæpe hoc nomine venit in libris Nestorianorum liturgicis.

ܗܘܐ ܠܗ. ܘܟܢܫ ܡܠܟܐ ܘܐܡܪ ܠܐܟ̈ܠܝ ܩܪ̈ܨܐ. ܡܢܐ ܒܥܝܬܘܢ: ܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܕܐܢܬ ܫܠܡ ܐܢܬ ܠܗ ܠܢ ܕܢܩܛܠܝܘܗܝ. ܐܘ ܛܪܕ ܐܢܬ ܠܗ ܡܢ ܐܬܪܢ. ܘܐܢ ܗܠܝܢ ܠܐ ܥܒܕ ܐܢܬ: ܚܢܢ ܟܠܢ ܡܫܡܫ̈ܢܐ ܕܐܠܗ̈ܝܟ ܘܐܠܗ̈ܐ ܕܐܒܗ̈ܝܟ: ܡܫܢܝܢ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܟܕ ܚܙܐ ܡܠܟܐ ܕܣܘܓܐܗ ܕܥܡܐ ܥܡ ܟܘܡܪ̈ܐ ܐܢܬܘܗܝ. ܫܠܝ ܐܢܘܢ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܠܐ ܥܒܕ ܐܢܐ ܐܠܐ ܟܠ ܕܐܡܪܝܬܘܢ ܠܝ. ܘܫܪܐ ܐܢܘܢ ܡܢ ܩܕܡܘܗܝ. ܘܠܛܘܒܢܐ ܘܐܝܠܝܢ ܕܥܡܗ: ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܠܟܐ. ܐܢܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܐܚܝ: ܕܐܢ̈ܫ ܣܠܘܩܝܐ ܐܢ̈ܫܐ ܐܢܘܢ ܒܝ̈ܫܐ ܘܡܪ̈ܘܕܐ. ܘܡܬܢܩܦܝܢ ܥܠܝ̈ ܠܒ̈ܬܐ ܕܒܗ̇. ܘܐܠܘ ܕܣܘܓܐܐ ܕܬܕܡܪ̈ܬܐ ܠܐ ܚܙܝܢ. ܠܐ ܒܥܓܠ ܡܬܛܦܝܣܝܢ ܠܝ. ܐܠܐ ܦܘܩܘ ܗܫܐ ܐܚܝ: ܘܚܘܘ ܐܢܘܢ ܚܝܠܗ ܕܝܫܘܥ ܗܘ ܕܡܟܪܙ ܐܢܬ. ܘܒܗ ܒܫܥܬܗ ܕܢܦܩ ܛܘܒܢܐ ܡܢ ܩܕܡ ܡܠܟܐ. ܦܓܥܘ ܒܗ ܬܪܝܢ ܣܡ̈ܝܐ ܘܩܪܒ ܠܒܒ̈ܬܐ ܕܥܝ̈ܢܝܗܘܢ ܘܐܡܪ. ܒܫܡܗ ܕܝܫܘܥ ܢܨܪܝܐ ܢܬܩܢ̈ܢ ܒܒ̈ܬܐ ܕܥܝ̈ܢܝܟܘܢ. ܘܒܗ ܡܠܬܐ ܚܘܠܡܢܐ ܩܒܠܘ ܣܡ̈ܝܐ ܗܢܘܢ ܘܗܝܡܢܘ ܒܗ. ܘܐܦ ܣܓܝܐܐ ܕܐܚܪ̈ܢܐ ܐܬܦܢܝܘ ܠܘܬܗ.

dixit accusatoribus : *Quid vultis?* Dixerunt ei : *Ut tu eum nobis tradas occidendum, vel certe regione expellas. Quod si hoc non feceris, nos omnes, cultores deorum tuorum et deorum patrum tuorum, recedimus ex urbe.* Quumque vidisset rex multitudinem populi cum sacrificulis esse, sedavit illos dicendo : *Nil faciam nisi quod dicitis mihi,* et dimisit eos a se. Beato vero ac sociis ejus dixit rex : *Equidem scio, fratres mei, homines Seleuciæ esse homines malos et pervicaces, atque altaribus idolorum quæ ibi existunt, in primis addictos ; nec, nisi multitudinem miraculorum viderint, cito obedient mihi. Sed exite nunc, fratres mei, et ostendite illis virtutem Jesu quem tu prædicas.* Porro eodem momento quo exiit beatus e regis præsentia, obviaverunt ei duo cæci, et tetigit pupillas oculorum eorum dicens : *In nomine Jesu Nazareni restituantur pupillæ oculorum vestrorum!* Et cum verbo valetudinem acceperunt cæci illi et crediderunt in eum; atque etiam multi alii propensi sunt

ܘܒܗܘܢ ܗܘܬ ܒܪܬܗ ܕܗܘܦܪܟܐ ܕܐܬܐ ܗܘܐ ܡܫܬܢܕܐ.
ܗܝ ܕܡܢ ܣܛܢܐ ܡܫܬܢܩ ܗܘܐ ܠܗ ܙܒܢܐ. ܟܕ ܫܡܥ ܛܘܒܢܐ
ܡܛܠܬܗ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܘ ܠܘܬܗ. ܐܙܠ ܥܡܗܘܢ.
ܘܒܐܘܪܓܢܘܢ ܕܠܫܢܗ ܕܛܠܝܬܐ ܩܥܐ ܗܘܐ ܫܐܕܐ ܗܘ
ܘܐܡܪ. ܟܕ ܫܡܥܝܢ ܗܘܘ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܕܬܡܢ. ܐܘܗ
ܥܒܕܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ. ܗܐ ܛܪܝܕܝܢ ܡܢܟܘܢ ܡܢ ܟܠ
ܕܘܟ. ܡܢ ܡܕܝ̈ܢܬܐ ܘܡܢ ܛܘܪ̈ܐ ܘܡܢ ܪ̈ܡܬܐ. ܘܡܢ ܚܘܪܒܐ
ܕܠܝܬ ܒܗ ܥܡܘܪܐ. ܟܕ ܕܝܢ ܐܡܪ ܗܠܝܢ ܘܕܐܟܘܬ ܗܠܝܢ: ܚܒܛܗ̇
ܠܛܠܝܬܐ. ܘܩܪܒ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܪܐ ܘܨܠܝ. ܘܐܩܝܡܗ̇ ܠܛܠܝܬܐ
ܠܐܒܘܗ̇ ܟܕ ܚܠܝܡܐ ܘܡܘܕܝܐ. ܚܙ̈ܝܘܗ ܕܝܢ ܕܬܕܡܘܪܬܐ ܗܝ.
ܢܦܠܘ ܥܠ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܕܛܘܒܢܐ ܘܣܓܕܘ ܠܗ.

ܘܥܒܕܐ ܠܫܢܬܐ ܚܕܐ ܠܐܐ ܗܘܐ ܛܘܒܢܐ ܒܬܕܡܘܪܬܐ
ܕܣܠܝܩ ܒܐܬܘܬܐ ܘܒܬܕܡ̈ܪܬܐ. ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܒܥܐ ܡܢܗܘܢ
ܕܘܟܬܐ ܕܢܒܢܐ ܠܗܘܢ ܒܝܬ ܨܠܘܬܐ ܠܐܠܗܐ ܚܝܐ. ܗܢܘܢ

ad ipsum : quos inter filia præfecti (1) civitatis jam diuturno tempore vexata a satana. Quum audisset de ea beatus ab eis qui veniebant ad eum, ivit cum ipsis. Et per organum linguæ puellæ clamabat dæmon iste et dixit, audientibus omnibus hominibus illic præsentibus : *Heu, vos, servi Christi! Ecce pellimur a vobis undique, e civitatibus, et e montibus ac collibus, atque e solitudine incolis destituta!* Quum vero hæc et similia dixisset, allisit puellam. Et accessit beatus Mar Mares et oravit, restituitque puellam patri ejus sanam et gratias agentem. Spectatores autem miraculi illius ceciderunt ad pedes beati et adoraverunt eum.

In Ecclesia plene constituenda dum

25. Porro per annum integrum laboravit beatus mirabiliter in Seleucia per signa et prodigia. Et post hæc petiit ab eis locum ut exstrueret pro eis oratorium Deo vivo. Ipsi vero quæsierunt et dixerunt

(1) In textu ܗܘܦܪܟܐ est vox græca ὕπαρχος, *procurator, præfectus*, qui, ut ait Suidas, " ὁ ὑποτεταγμένος ἑτέρῳ, ὁ μὴ ὢν αὐτοκράτωρ, „ *alteri subjectus est et summam non habet potestatem.* Nec mirum si Seleuciæ, quæ veluti respublica græca tum erat, ista appellatio fuerit in usu.

ܕܝܢ ܒܥܘ ܘܐܡܪܘ ܠܗ. ܟܠ ܐܝܟܐ ܕܨܒܐ ܐܢܬ ܐܡܿܪ. ܘܚܢܢ
ܝܗܒܝܢܢ ܠܟ. ܐܡܿܪ ܠܗܘܢ ܛܘܒܢܐ. ܗܒܘ ܠܝ ܒܝܬ ܦܬܟܪ̈ܐ ܗܢܐ
ܕܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܘܣܒܘ ܠܟܘܢ ܛܝܡܗ̈ܝ، ܒܝܬ ܦܬܟܪ̈ܐ
ܕܝܢ ܗܘ ܕܡܠܟܐ ܐܦܪܗܛ ܐܝܬܘܗܝ، ܗܘܐ. ܘܟܘܡܪ̈ܐ
ܣܓܝ̈ܐܐ ܡܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܬܡܢ. ܘܢܦܩܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܥܠܝܗܘܢ
ܢܦܩܐ ܗܘܬ ܥܠ[1] ܟܘܡܪ̈ܐ ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܕܗܢܘܢ
ܦܬܟܪ̈ܐ ܐܟܠܝܢ ܘܫܬܝܢ. ܘܐܙܠ ܛܘܒܢܐ ܥܡ ܡܠܟܐ ܘܠܒܝܬ
ܦܬܟܪ̈ܐ ܥܠܘ. ܘܒܕܢܐ ܡܪܝ، ܡܐܪܝ، ܘܐܡܪ ܠܟܘܡܪ̈ܐ ܐܘ
ܒܗܬ̈ܬܐ ܘܕܓ̈ܠܐ. ܐܡܬܝ، ܐܟܠܘ ܢܨ̈ܒܐ ܗܠܝܢ ܕܐܢܬܘܢ
ܩܪܝܬܘܢ ܠܗܘܢ ܐܠܗ̈ܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܒܗܬܝܬܘܢ ܘܠܐ ܣܦܩ.
ܠܟܘܢ. ܟܕ ܐܢܬܘܢ ܐܟܠܝܢ ܘܫܬܝܢ ܟܠ ܡܕܡ ܕܡܬܬܣܝܡ
ܠܗܠܝܢ ܐܠܐ ܐܡܪܝܬܘܢ[2] ܕܐܠܗ̈ܐ ܐܢܘܢ ܗܠܝܢ. ܠܐ ܗܘܘ
ܓܝܪ ܐܠܗ̈ܐ ܐܝܟ ܡܠܬܟܘܢ. ܐܠܐ ܓܠܝܦ̈ܐ ܐܢܘܢ ܕܩܝܣܐ
ܘܕܢܚܫܐ ܘܫܐ̈ܕܐ ܡܡܠܠܝܢ ܒܗܘܢ. ܗܝܕܝܢ ܐܬܚܡܬܘ ܟܘܡܪ̈ܐ
ܗܢܘܢ ܘܐܡܪܘ ܠܛܘܒܢܐ. ܐܢܗܘ ܕܗܠܝܢ ܚܪ̈ܫܐ ܐܢܘܢ ܐܝܟ
ܕܐܡܪܬ. ܥܠ ܫܡܫܐ ܕܝܢܐ ܪܒܐ ܡܢܘ ܐܝܬ ܠܟ ܕܬܐܡܪ.

[1] S. ܘܥܠ — [2] S. ܕܐܡܪܝܬܘܢ

annuente rege Aphrahate laborat S. Mares.

ei : *Ubicumque cupias dic et nos dabimus tibi.* Dixit illis beatus : *Date mihi templum idolorum extra civitatem, et accipite vobis pretium ejus.* Porro fanum istud erat regis Aphrahatis, et sacerdotes plurimi stabant illic. Et impensa magna propter eos fiebat, scilicet propter sacerdotes qui asserebant idola ista manducare et bibere. Et profectus est beatus cum rege, et ad fanum idolorum simul ascenderunt. Tum Mar Mares, sacerdotes alloquens, dixit : *O pudefacti et mendaces! Ecquando manducant statuæ istæ quas vos vocatis vobis deos? Nam non erubescitis nec sufficit vobis, quod ipsi quidquid ipsis apponitur, edatis et bibatis, sed dicitis hæc deos esse. Ast nequaquam dii sunt, prout asseritis, sed sculptilia ligni et æris, per quæ dæmones loquuntur.* Ad hæc in furorem versi sunt sacerdotes illi et dixerunt beato : *Si ista sunt incantamenta, ut tu dicis, de sole, judice magno, quid est quod*

ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܛܘܒܢܐ. ܫܡܫܐ ܬܘܒ ܒܪܝܬܗ ܗܘ ܕܐܠܗܐ ܚܝܐ. ܘܠܡܢܗܪܘ ܠܒܪܝܬܐ ܕܒܪܐ ܐܠܗܐ ܐܬܬܣܝܡ ܘܠܡܦܪܫ ܒܝܬ ܐܝܡܡܐ ܠܠܠܝܐ. ܡܕܝܢ ܒܠܠܝܐ ܠܐܝܟܐ ܥܪܩ ܐܢܘܗ ܕܐܠܗܐ ܗܘ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܡܠܐ ܣܓܝܐܬܐ: ܦܩܕ ܡܠܟܐ ܘܝܗܒܘܗܝ، ܠܒܝܬ ܦܬܟܪܐ ܠܛܘܒܢܐ. ܘܠܦܬܟܪܐ ܝܗܒ ܐܦ ܗܘ ܡܠܟܐ ܡܘܗܒܬܐ ܠܛܘܒܢܐ. ܘܢܣܒ ܐܢܘܢ. ܘܕܩ ܐܢܘܢ ܐܝܟ ܚܠܐ. ܘܠܥܦܪܗܘܢ ܫܕܝܗ، ܒܕܩܠܬ. ܘܒܝܬܗ ܠܗܝܟܠܐ ܗܘ ܕܦܬܟܪܐ. ܘܣܚܦܗ، ܒܢ ܕܝܢ ܥܕܬܐ ܙܥܘܪܬܐ. ܘܐܩܝܡ ܒܗ ܩܫܝܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ. ܘܢܨܒ ܬܘܒ ܒܗ ܕܝ ܒܗ ܒܕܘܟܬܐ ܐܣܟܘܠܐ. ܘܐܩܝܡ ܠܚܕ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ، ܒܡܠܦܢܐ. ܘܟܕ ܚܙܘ ܦܠܚܝ̈ ܒܠܘܬܐ ܕܒܡܕܝܢܬܐ ܘܒܩܘܪܝ̈ܐ ܕܒܣܛܪܗ̇: ܛܢܘ ܕܘܟܦܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ܡܫܬܟܚܝܢ. ܐܬܟܢܫܘ ܟܠܗܘܢ ܘܥܒܪܘ ܠܗܘܢ ܠܩܛܝܣܦܘܢ ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܐܪܛܒܢ

dicere audeas? Dixit illis beatus : *Sol pariter creatura est Dei vivi, et ad illuminandam creaturam quam condidit Deus positus est, et ad discernendum inter diem et noctem. Igitur in nocte quonam fugit si Deus sit?* Jam vero post plura verba, jussit rex ut templum idolorum beato concederent, atque idola pariter rex beato dono dedit. Is ea accepit et comminuit tanquam pulverem, eorumque pulverem in Tigridem projecit; templum vero istud idolorum demolitus est, atque illud iterum in parvam ecclesiam ædificavit, in qua constituit presbyteros et diaconos. Pariter erexit in eodem loco scholas, constituitque unum e discipulis suis inter magistros.

apud Artabanum regem Persidis accusatur,

26. Quumque vidissent cultores altarium idolorum (1) in civitate et in oppidis vicinis fœda sua dogmata passim contemptui exponi, convenerunt omnes et transierunt in Ctesiphon ad regem Artaban (2)

(1) Vox ܒܠܘܬܐ pluries hoc sensu occurrit apud Bickell, *Carmina Nisibena*. Item supra, num. 24. — (2) Plures Parthorum reges nomine Artaban historia memorat, inter quos Artabanum III qui obiit tempore Claudii imperatoris circa annum 44, cujusque gesta quædam refert V. Duruy, *Hist. des Romains*, IV, 304, 366, 428. Post hunc Vardan et Gotarzes pro regno decertarunt ; vicit ille, Seleu-

ܗܘ ܕܒܩܛܝܣܦܘܢ ܘܒܓܘܟܝ ܡܡܠܟ ܗܘܐ. ܡܛܠ ܕܐܡܪܝܢ
ܕܐܡܪܝܢ ܛܒ ܩܫܐ ܗܘܐ ܡܠܟܐ ܗܘ. ܘܩܥܝܢ ܗܘܘ ܘܐܡܪܝܢ
ܩܕܡܘܗܝ، ܟܕ ܒܟܝܢ. ܕܓܒܪܐ ܚܕ ܚܪܫܐ ܐܬܐ ܘܒܛܠ ܐܢܘܢ
ܠܐܠܗܐ ܕܝܠܢ. ܘܚܕ ܐܠܗܐ ܡܟܪܙ. ܗܘ ܕܐܝܟ ܕܡܠܦ ܐܝܬܘܗܝ،
ܒܫܡܝܐ ܘܠܐ ܡܬܚܙܐ. ܘܗܫܐ ܡܪܝ، ܡܠܟܐ ܐܢܘ ܕܐܢܬ
ܠܐ ܢܛܪ ܐܢܬ ܕܢܦܫܟ ܘܒܬܘܕܝܬܐ ܗܕܐ ܕܐܒܗܝܟ. ܘܐܦ
ܠܐ ܒܠܝܠ ܩܠܝܠ ܡܬܒܛܠܐ. ܡܛܠ ܕܡܠܟܐ ܐܦܪܗܛ ܗܘ
ܒܪܝܫ ܠܒܐ: ܟܪ ܫܪܝܬܗ ܗܝܡܢ ܒܗ. ܘܠܢ ܛܪܕ ܡܢ ܒܝܬܗ. ܘܟܕ
ܗܠܝܢ ܫܡܥ ܡܠܟܐ ܐܪܛܒܢ: ܫܕܪ ܒܬܪܗ ܕܛܘܒܢܐ
ܘܐܥܒܪܗ، ܡܢ ܗܘ ܟܐܦܐ ܕܣܠܝܩ ܠܐܬܪܐ ܕܡܠܟܐ ܐܪܛܒܢ
ܝܬܒ ܗܘܐ. ܘܟܕ ܥܠ ܩܕܡܘܗܝ، ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ. ܡܢܘ ܪܘܒܐ
ܗܢܐ ܘܦܠܓܘܬܐ ܕܐܝܬ ܒܐܬܪܢ. ܘܐܠܗܐ ܢܘܟܪܝܐ

qui in Ctesiphon et Gowkhai (1) regnabat, quia, ut dicebant, valde durus erat rex ille ; et clamabant et dicebant coram eo plorantes : *Vir quidam incantator venit et delevit deos nostros, et unum Deum prædicat, qui, uti docet, est in cœlo et non videtur. Et nunc, domine rex, nisi tu curam geras tui ipsius, et erga confessionem istam patrum tuorum, profecto sensim sine sensu delebitur; eo quod rex Aphrahates, corde vitiosus, illico credidit in eum et nos expulit e domo sua.* Quumque hæc audisset rex Artaban, accersivit beatum eumque transire fecit ex littore Seleuciæ ad eum locum ubi rex Artaban residebat. Quumque ingressus esset ad eum, dixit illi rex : *Quidnam tumultus iste et divisio*

ciam post obsidionem septem annorum expugnavit, at mox interfectus periit. Rediit Gotarzes et Mehardatem a Claudio adjutum devicit. Deinde circa annum 50 vel 51 successit ei Vologeses I, alio nomine Arsaces, qui annos haud minus triginta, ad Vespasiani usque tempora, regna tenuit. — Quisnam fuerit *Artaban* de quo Actorum scriptor, definiri nequit. — (1) *Gowkhai*, quum hic una cum Ctesiphonte censeatur, ad Beth-Aramæorum regionem pertinuisse videtur. Eamdem urbem, quam *Gaucha* pronuntiat, autumat Assemanus, *Bibl. Orient.*, III, ii, p. 747, at nullo nixus fundamento, fuisse episcopalem Beth-Garmææ ; eumque sequitur Payne Smith in *Thes.* sub hac voce.

ܡܥܒܪ ܐܢܬ ܒܒܝܬܢ. ܐܝܟ ܡܐ ܕܒܣܘܥܪ̈ܢܐ ܗܠܝܢ ܣܗ̈ܕܝܢ. ܗܫܐ ܐܢܗܘ ܕܫܒܩܬ ܕܚܠܬܟ ܘܒܐܠܗ̈ܐ ܗܠܝܢ ܡܘܕܐ ܐܢܬ: ܐܝܩܪ̈ܐ ܪ̈ܘܪܒܐ ܬܩܒܠ ܡܢܝ. ܐܢܕܝܢ ܠܐ ܬܬܛܦܝܣ. ܗܕܡ ܗܕܡ ܬܬܦܣܩ ܐܢܬ ܘܟܠ ܕܡܘܕܐ ܒܐܠܗܟ. ܐܡܪ ܠܗ ܛܘܒܢܐ. ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܠܗ ܦܠܚ ܐܢܐ ܡܠܟܐ. ܗܘ ܡܫܘܙܒ ܠܝ ܡܢ ܫܢܕ̈ܝܟ. ܡܛܠ ܕܗܘܝܘ ܡܫܟܚ ܕܢܚܐ ܘܢܘܒܕ. ܘܟܠ ܟܐܒ̈ܝܢ ܘܟܘܪ̈ܗܢܝܢ ܗܘ ܡܐܣܐ. ܓܪ̈ܒܐ ܡܕܟܐ. ܣܡ̈ܝܐ ܡܦܬܚ. ܕܝܘ̈ܐ ܡܛܪܕ. ܘܟܠܡܕܡ ܒܐܝܕܗ ܩܐܡ. ܥܢܐ ܡܠܟܐ ܘܐܡܪ ܠܐܬܠܝܛܐ ܙܪܝܙܐ. ܐܢܗܘ ܕܗܠܝܢ ܡܫܟܚ ܐܢܬ ܠܡܥܒܕ: ܚܘܐ ܡܠܝ̈ܟ ܒܣܘܥܪ̈ܢܐ. ܓܡܘܪ ܡܠܦܢܘܬܟ ܠܘܬܢ ܒܥܒ̈ܕܐ. ܚܕܐ ܚܬܐ ܐܝܬ ܠܝ: ܐܝܕܐ ܕܚܠܝܐ ܛܒ ܥܡܝ. ܐܢܗܘ ܕܠܗ̇ ܡܫܟܚ ܐܢܬ ܕܬܐܣܐ: ܦܠܓܘܬܐ ܐܬܠ ܠܟ ܒܡܠܟܘܬܝ. ܗܝܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ ܛܘܒܢܐ. ܐܢ ܗܘ ܕܬܗܝܡܢ ܒܗ ܡܐ ܕܚܘܠܡܢܐ ܡܩܒܠܐ ܚܬܟ: ܗܘܝܐ ܫܐܠܬܟ. ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ ܡܗܝܡܢ ܐܢܐ ܒܗ.

ܗܝܕܝܢ ܐܬܛܦܝܣ ܛܘܒܢܐ ܠܡܐܙܠ ܠܘܬ ܚܬܗ ܕܡܠܟܐ. ܗܝܕܝܢ ܦܩܕ ܡܠܟܐ ܠܐܣܦܩܠܛܘܪܐ ܒܝܕ ܐܣܦܩ̈ܠܛܐ.

quam induxisti in regionem nostram, eo quod deos peregrinos prædicas tu in populo nostro, quemadmodum factis istis testantur? Nunc si relinquas religionem tuam et deos istos profitearis, honores magnos recipies a me; sin vero non acquiescas, membratim dissecaberis tu et omnes qui profitentur deum tuum. Dixit illi beatus : *Deus cui ego servio, rex, ipse eripiet me e tormentis tuis, quia Ipse potest vivificare et perdere, et omnes dolores et infirmitates Ipse sanat : leprosos mundat, cæcos illuminat, dæmones pellit, et omnia in manu ejus stant.* Respondit rex et dixit athletæ intrepido : *Si ista facere potes, proba verba tua factis; perfice doctrinam tuam apud nos per opera. Habeo sororem unicam mihi valde caram : si tu eam sanare potes, dimidium dabo tibi in regno meo.* Tum dixit illi beatus : *Si modo credas in Eum, ubi sanitatem receperit soror tua, fiet petitio tua.* Dixit illi rex : *Credam in eum.*

et post sanatum

27. Tum consensit beatus ut sororem regis adiret; jussitque rex

ܕܢܘܒܠܘܢܗܝ، ܠܛܘܒܢܐ ܠܐܝܟܐ ܕܐܚܬܗ ܗܘܬ ܬܡܢ. ܘܟܕ ܐܙܠ ܛܘܒܢܐ ܘܡܛܐ ܠܢܗܪܐ ܚܕ ܕܡܬܩܪܐ ܙܒܐ ܡܨܥܝܐ: ܠܐ ܐܫܟܚ ܕܢܥܒܪ. ܡܛܠ ܕܡܥܒܪܬܐ ܒܥܒܪܐ ܐܚܪܢܐ ܐܝܬܝܗ ܗܘܬ. ܘܫܡܥ ܩܠܐ ܕܡܡܠܠ ܗܘܐ ܒܡܥܒܪܬܐ. ܘܩܪܝܗ، ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ، ܡܐܪܝ، ܘܐܡܪ ܠܗ. ܐܥܒܪ ܠܝ ܗܕܐ ܡܥܒܪܬܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܓܒܪܐ ܗܘ ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ ܕܐܥܒܪܟ. ܥܢܐ ܩܕܝܫܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܡܛܠ ܡܢܐ ܕܬܥܒܪܢܝ ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܬ. ܐܡܪ ܠܗ ܓܒܪܐ ܗܘ. ܡܛܠ ܕܐܝ̈ܕܝ ܘܪ̈ܓܠܝ ܡܣܪ̈ܚܝܢ ܘܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ ܕܐܠܒܘܟ ܒܗܘܢ ܠܐ ܠܡܩ̈ܐ ܘܠܐ

militibus cum strategis, ut deducerent beatum illuc ubi erat soror ipsius. Quum autem profectus esset beatus et pervenisset ad flumen quoddam quod vocatur Zabas medius (1), non potuit transire, eo quod linter in altero littore erat; et audivit vocem quæ loquebatur in lintre. Et clamavit Mar Mares et dixit illi : *Transmitte mihi hanc lintrem.* Dixit ei vir iste : *Non possum ego transmittere te.* Respondit sanctus et dixit illi : *Quare me transmittere non potes?* Dixit ei vir ille : *Quia manus meæ et pedes mei contabuerunt, et non possum arripere cum eis neque remos neque lintrem.* Dixit sanctus ad virum illum : in itinere Dosthium portitorem,

(1) *Zab medius* quodnam flumen designet, satis exploratum non est. Verum a binis Assyriæ profluentibus (de quibus supra, p. 30, not. 1) certe distingui debet. Quumque quærendus videatur infra Seleuciam versus Dorqoni, convenire potest cum cognomine Tigridis affluente quem juxta oppidum *en-Nomania* memorat Ritter, X, 233, aut cum una alterave e duabus fossis sive fluentibus, arabica appellatione *Zawabi* dictis, Tigridem Euphratenque in regione Babylonica jungentibus. Hinc tota illa regio Mesopotamica inter Seleuciam et Wasit interjacens *al-Zawabi* audit; apud auctorem vero nostrum postea *Zabe* et *Schafle* vocatur, quamquam Assemanus, *Bibl. Orient.* III, ii, pp. 711 et 787, unam tantum regionem *Zabe* agnoscit, nempe Adiabenicam, inter Caprum et Lycum sitam, quam, uti ait, Syri *Zabe*, Arabes *Zuabiam (al-Zawabi)* appellant. Ast in hoc falsus est, prout vel ex eo liquet quod testatur ipse ibidem, p. 788, nimirum episcopatum Zabarum in provincia patriarchali fuisse conjunctum Naamaniæ (*el-Nomania* de quo supra, in loco ubi hodie *Tell-Naaman*) Niloque, quæ tamen oppida ingenti spatio a Zabis Assyriæ distabant. Hæc enim ipse recte ponit in *Irak-Arabi* seu Babylonia, imo Naamaniam, Amrum secutus, cum Zuabia confundit. Cfr. notata ap. Hoffmann, pp. 68 et 84; ac Nöldeke, op. cit., p. 501.

ܡܥܒܪܬܐ. ܐܡ̇ܪ ܠܗ ܩܕܝܫܐ ܠܓܒܪܐ ܗܘ ܡ̇ܢ ܫܡܟ. ܐܡ̇ܪ ܠܗ ܕܘܣܬܝ، ܫܡܝ. ܘܐܡ̇ܪ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ، ܡܪܐܝ، ܠܐܘܢܣܝܡܘܣ ܩܫܝܫܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܥܡܗ. ܐܡܪ ܠܓܒܪܐ ܗܘ. ܕܐܡ̇ܪ ܠܟ ܡܪܐܝ، ܬܠܡܝܕܗ ܕܐܕܝ، ܫܠܝܚܐ. ܒܫܡܗ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܢܨܪܝܐ ܩܘܡ ܥܠ ܪ̈ܓܠܝܟ. ܘܐܚܘܕ ܒܐܝ̈ܕܝܟ ܠܡܩ̈ܐ. ܘܐܥܒܪ ܡܥܒܪܬܐ ܗ̇ܢ. ܘܟܕ ܡܠܬܐ ܗܕܐ ܡܢ ܦܘܡܗ ܕܡܪܝ، ܡܪܐܝ، ܠܕܘܣܬܝ، ܐܫܬܠܚܬ: ܒܗ̇ܝ ܫܥܬܐ ܓܒܪܐ ܗܘ ܐܬܚܠܡ. ܘܐܥܒܪ ܡܥܒܪܬܐ ܗܝ. ܘܛܘܒܢܐ ܡܪܝ، ܡܪܐܝ، ܘܟܠ ܕܥܡܗ ܥܒܪܘ. ܘܠܕܘܣܬܝ، ܬܘܒ ܟܘܪܗܢܐ ܐܚܪܢܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ. ܡܦܩܢܗ ܓܝܪ ܣܟܝܪ ܗܘܐ. ܘܟܕ ܚܙܐ ܗܘܐ ܕܘܣܬܝ، ܕܒܝܕ ܡܠܬܐ ܚܠܡܝܢܐ ܩܒܠ: ܐܡ̇ܪ ܠܗ ܠܩܕܝܫܐ: ܡܪܝ، ܝܕܥ ܐܢܐ ܕܐܠܗܐ ܐܢܬ. ܡܛܠ ܕܒܝܕ ܡܠܬܐ ܕܚܝܠܟ ܫܕܪܬ ܠܝ ܚܠܡܝܢܐ ܠܐܝ̈ܕܝ ܘܠܪ̈ܓܠܝ. ܗܫܐ ܒܟܘܪܗܢܐ ܐܚܪܢܐ ܐܝܬ ܠܝ. ܡܦܩܢܝ ܓܝܪ ܣܟܝܪ ܗܘ. ܐܡ̇ܪ ܠܗ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ، ܡܪܐܝ، ܠܕܘܣܬܝ،. ܗܘ̇ܐ ܐܢܬ ܟܪܣܛܝܢܐ ܘܡܘܕܐ ܐܢܬ ܒܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ. ܥܢܐ ܕܘܣܬܝ، ܘܐܡ̇ܪ ܠܗ. ܘܡܢܐ ܗ̇ܝ ܟܪܣܛܝܢܘܬܐ. ܚܙܐ ܐܢܐ ܕܐܠܗܐ

Quodnam est nomen tuum? Dixit illi : *Dosthius est nomen meum.* Et dixit sanctus Mar Mares Onesimo presbytero qui erat cum ipso : *Dic viro illi : dicit tibi Mares, discipulus Adæi apostoli : in nomine Jesu Christi Nazareni surge super pedes tuos, et sume manibus tuis remos, et transmitte lintrem hanc.* Quumque hoc præceptum ex ore Mar Maris ad Dosthi transmissum esset, eadem hora vir ille convaluit; et traduxit lintrem, et beatus Mar Mares et omnes qui eum comitabantur sese trajecerunt. At Dosthio et alia infirmitas erat; nam ejus podex occlusus erat. Quum ergo vidisset Dosthius se per verbum accepisse sanitatem, dixit sancto : *Domine mi, scio te deum esse, quandoquidem per verbum potentiæ tuæ immisisti mihi valetudinem manibus meis et pedibus. Ast alia infirmitate adhuc laboro; podex enim meus occlusus est.* Dixitque sanctus Mar Mares Dosthio : *Fias tu christianus, et confitearis Deum verum.* Respondit Dosthius et dixit illi : *Et quid est christianismus? Video a te deum novum edoceri in mundo. Et ego credebam te deum esse et*

ܫܕܬܐ ܗܠܟ ܐܢܬ ܒܥܠܡܐ. ܘܥܢܐ ܛܘܒܢܐ ܘܐܢܐ ܗܘܝܬ ܥܠܝܟ ܕܐܠܗܐ ܐܢܬ ܘܢܚܬܬ ܕܬܚܙܐ ܠܒܢܝܢܫܐ. ܥܢܐ ܛܘܒܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗ ܠܕܘܣܬܝ. ܚܣ ܕܐܢܐ ܐܝܬܝ ܐܠܗܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܐܝܬܝ ܐܠܗܐ. ܐܠܐ ܫܠܝܚܐ ܐܢܐ ܕܫܠܝܚܘܗܝ. ܐܡܪ ܠܗ ܕܘܣܬܝ، ܠܛܘܒܢܐ ܐܘܕܥܝܢܝ ܡܢܐ ܗܝ، ܟܪܣܛܝܢܘܬܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܗܕܐ ܗܝ، ܟܪܣܛܝܢܘܬܐ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܚܕ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ : ܐܝܬܐ ܕܟܣܝܐ ܒܓܘܗ. ܘܠܐ ܡܬܒܨܝܐ ܡܢ ܒܪ̈ܝܬܐ. ܘܐܒܗܘܬܗ ܠܐ ܡܬܕܪܟܐ ܡܢ ܓܒܝܠܬܗ. ܘܡܪܘܬܗ ܠܐ ܡܬܥܒܕܐ. ܘܒܚܕ ܒܪܐ ܝܚܝܕܝܐ ܕܡܢܗ : ܕܡܘܠܕܗ ܠܐ ܡܬܥܩܒܐ ܡܢ ܒܢ̈ܝܢܫܐ. ܗܘ ܕܗܘ ܨܒܐ ܕܢܠܒܫ ܦܓܪܐ ܕܒܢ̈ܝܢܫܐ. ܘܐܚܝܗ ܠܥܠܡܐ ܒܝܕ ܪ̈ܚܡܐ ܕܫܠܚܗ. ܘܒܚܕ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܕܫܘܡܠܝܐ ܕܐܠܗܘܬܐ : ܘܠܐ ܬܚܫܘܒ ܒܢܦܫܟ ܕܬܢܝܢ ܬܠܬܐ ܫܡ̈ܗܝܢ : ܬܠܬܐ ܐܠܗ̈ܝܢ ܦܠܓܝܢ ܡܢ ܚܕ̈ܕܐ. ܐܠܐ ܐܒܐ ܐܝܬܘܗܝ، ܒܩܢܘܡܗ. ܘܒܪܐ ܬܘܒ ܕܡܢܗ ܐܝܬܘܗܝ، ܒܩܢܘܡܗ. ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܡܢ ܐܒܐ ܢܦܩ ܐܝܬܘܗܝ، ܒܩܢܘܡܗ. ܐܠܗܘܬܐ ܚܕܐ ܗܝ. ܐܢ ܡܗܝܡܢ ܐܢܬ : ܗܟܢ ܗܝܡܢ. ܘܟܕ ܐܡܪ ܠܗ

descendisse ut viseres homines. Respondit beatus et dixit Dosthio : *Absit ut ego sim Deus; non enim sum Deus, sed apostolus sum apostolorum ejus.* Dixit Dosthius beato : *Indica mihi quid sit christianismus.* Dixit illi : *Hoc est christianismus, quod credimus in unum Deum verum, cujus essentia in se abscondita est et inscrutabilis a facturis ejus, cujusque paternitas haud comprehenditur a plasmate ejus; cujus dominatio non facta est; — et in unum Filium unigenitum qui ex ipso est, cujus generatio investigari nequit ab hominibus, qui voluit induere corpus hominum, et vivificavit mundum per viscera Illius qui misit eum ; — et in unum Spiritum sanctum, deitatis complementum. Nec cogita apud temetipsum eo quod repetimus tria nomina, nos tres deos dividere ab invicem : sed Pater subsistit in hypostasi sua, Filius pariter qui ex Ipso est in hypostasi sua; et Spiritus sanctus, qui ex Patre procedit, subsistit in hypostasi sua; divinitas una est. Si credas tu, ita crede.* Quumque hæc dixisset Dosthio, respondit Dosthius et dixit illi : *Credo.* Tum vocavit bea-

ܗܠܝܢ ܠܕܘܣܬܝ܆ ܚܠܐ ܕܘܣܬܝ܂ ܘܐܡܪ ܠܗ ܕܢܣܡܝܢ ܐܢܐ. ܗܝܕܝܢ ܩܪܐ ܠܛܒܘܢܐ ܠܛܠܝܐ ܚܕ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܐܝܬܐ ܠܝ ܩܠܝܠ ܡ̈ܝܐ ܒܟܣܐ ܐܝܟ ܠܓܡܐ ܚܕܐ: ܘܐܝܬܝ ܠܗ. ܘܐܪܡܝ ܒܗ ܡܢ ܗܘ ܡܫܚܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܥܡܗ. ܘܩܡ ܘܨܠܝ. ܘܒܥܐ ܗܘܐ ܡܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܘܗܟܢ ܐܡܪ ܗܘܐ ܒܨܠܘܬܗ. ܐܝܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܐܢܬ ܗܘ ܕܐܣܝܬ ܟܘܪ̈ܗܢܐ ܘܟܐܒ̈ܐ ܥܛܝ̈ܠܐ ܘܕܟܝܬ ܓܪ̈ܒܐ ܘܦܬܚܬ ܥܘ̈ܝܪܐ. ܘܫܪܝܬ ܠܫܢ̈ܐ ܕܚ̈ܪܫܐ ܘܐܩܝܡܬ ܚܓܝ̈ܪܐ ܘܗܠܟܘ ܐܝܟ ܐܝ̈ܠܐ. ܘܫܕܪܬ ܬܪܥܣܪ ܘܫܒܥܝܢ ܫܠܝܚ̈ܝܟ ܠܥܠܡܐ. ܘܐܦ ܗܫܐ ܡܪܝܐ ܒܥܐ ܐܢܐ ܡܢܟ ܕܬܥܢܝܢܝ. ܘܢܬܦܬܚ ܡܦܩܢܗ ܕܒܪܢܫܐ ܗܢܐ. ܘܟܕ ܫܠܡ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ، ܨܠܘܬܗ: ܝܗܒ ܠܗ ܠܕܘܣܬܝ، ܡܫܚܐ ܘܡ̈ܝܐ. ܘܐܫܬܝ، ܡܢܗܘܢ ܘܐܬܚܠܡ.

ܘܫܩܠ ܡܢ ܬܡܢ ܘܐܬܐ ܗܘܐ ܥܡ ܗܢܘܢ ܕܥܡܗ ܠܗ، ܠܕܘܟܬܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܕܘܪܐ ܕܩܘܢܝ: ܐܫܬܕܪܘ. ܗܝ ܕܥܠ ܫܡܗ ܕܩܘܢܝ

tus puerum quemdam et dixit ei : *Affer mihi paululum aquæ in calice, circiter unum haustum.* Et attulit ipsi. Et projecit in eum (calicem) ex oleo quod secum habebat, et surrexit et oravit, et petiit a Domino Jesu Christo; et sic dixit in oratione sua : *Utique, Domine noster Jesu Christe, tu es qui sanasti infirmitates et morbos difficiles et purificasti leprosos, et aperuisti cæcos, et solvisti linguas mutorum, et erexisti claudos, ita ut cervorum instar incederent, atque misisti Duodecim et Septuaginta, apostolos tuos, in mundum : nunc quoque, Domine, peto a te ut me exaudias et aperiatur podex hominis istius.* Quumque complesset beatus Mar Mares orationem suam, dedit Dosthio oleum et aquam ; et bibit ex eis et sanatus est.

sororem Artabani regis.

28. Et profectus est inde et venit cum iis qui cum ipso ad locum qui vocatur Dorqoni (1) missi erant, qui locus sub nomine Qoni ædi-

(1) ܕܘܪܐ ܕܩܘܢܝ *Dora d'Qoni* sic quoque legitur in Ebedjesu Sobensis Collectione canonum synodicorum (apud Maii *Script. vet. nova coll.*, X, 296, b, et Assemani *Bibl. Orient.* III, I, 343, a); infra in actis ܕܘܪܩܘܢܝ *Dorqoni* scribitur; alibi vero passim venit sub nomine ܕܝܪܐ ܕܩܘܢܝ *Daira d'Qoni* sive

ܐܬܩܕܫܬ. ܘܩܕܡ ܕܠܬܡܢ ܢܥܘܠ. ܒܪܟ ܒܨܠܘܬܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܘܗܟܢܐ ܐܡܪ. ܡܪܝ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ: ܠܟ ܡܬܟܫܦ ܐܢܐ ܘܡܢܟ ܒܥܐ ܐܢܐ. ܗܒ ܠܝ ܡܪܝ، ܕܒܚܝܠܐ ܕܡܢܟ: ܐܢܗܪ ܠܦܢܝܬܐ ܗܕܐ ܚܫܘܟܬܐ: ܠܗܘܢ ܡܪܝ، ܕܥܕܟܝܠ ܠܐ ܝܕܥܘܟ: ܗܒ ܠܗܘܢ ܡܪܝ، ܕܢܕܥܘܢܟ ܕܐܢܬ ܐܢܬ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܒܠܚܘܕܝܟ: ܕܨܒܐ ܐܢܬ ܕܟܠܗܘܢ ܒܢ̈ܝܢܫܐ ܢܬܦܢܘܢ ܠܝܕܥܬܐ ܕܫܪܪܟ. ܘܡܚܕܐ ܩܠܐ ܐܫܬܡܥ ܠܗ ܕܐܡܪ: ܕܐܝܟ ܒܥܘܬܟ ܗܟܢܐ ܢܗܘܐ ܠܟ. ܡܛܠ ܕܐܢܐ ܛܝܒ ܕܒܡܨܥܝܘܬܟ ܣܓܝ̈ܐܐ ܐܩܪܒ ܠܘܬ ܝܕܥܬܐ ܕܫܪܪܐ. ܘܒܪ ܫܥܬܗ ܩܡ ܡܢ ܨܠܘܬܗ ܘܐܙܠ ܠܘܬ ܩܘܢ

ficatus fuerat. Porro priusquam illuc ingrederetur, genu flexit in oratione coram Deo et sic dixit : *Domine Jesu Christe, tibi supplico et a te rogo. Da mihi, Domine, ut per virtutem quæ ex te est, illuminem regionem istam caliginosam. Iis, Domine, qui te adhuc non noverunt, da, Domine, ut te agnoscant et sciant te solum esse Deum verum. Quippe tu vis ut omnes homines convertantur ad agnitionem veritatis tuæ.* Et statim audita est vox ab eo, dicens : *Juxta petitionem tuam, sic fiet tibi. Paratus enim sum ut per mediationem tuam multos adjungam ad agnitionem veritatis.* Et illico surrexit ex oratione sua, et perrexit ad

Qoniam nomine sanat.

cœnobii Cunensis, arabice *Dur-Qoni :* quod et per *Darcuni, Dorcena, Dorkena, Dairkuni* etc., exhibitum reperies. Locus in quo cœnobium, vocabatur *Beth Daraja, Badraja, Badaraja* vel (juxta cod. L. *Chronici eccl. Barhebræi*, ed. Abbeloos et Lamy, col. 19) etiam *Badrana.* — Illic Mar Mares, juxta auctorem nostrum, sepultus fuit ibique per plura secula Catholici Seleucienses tumulari solebant. Schola vero et cœnobium istius loci, Mar Mari nuncupata, crebro apud Syros celebrantur. — Situm Badarajæ non procul ab ecclesia Cucharum ܥܕܬܐ ܕܟܘ̈ܟܐ prope Seleuciam fuisse, ex pontificali Nestorianorum colligitur, ubi post consecrationem Catholici in dicta Cucharum ecclesia peractam, hæc præscribuntur (*Bibl. Orient.* III, II, 677 et Denzinger, *Ritus Orientalium*, II, 257) : “ Deinde in cœnobium Koni, quod est sancti Maris apostoli, descendunt. Cœnobitæ autem usque ad Tigrim obviam ei procedunt, tribusque vicibus coram eo exclamant : *Benedic, Domine.* Quibus ille benedicit, inchoatque cantus Apostolorum et Occursus, a ripa Tigris usque ad mansionem Apostoli (Maris); sternuntque coram eo strata, ne humum pedibus conculcet. Peractisque sacramentis, pacem precantur et salutem dicunt. Mox cœnobium S. Gabrielis in Charsa petunt ... inde in naves descendunt et Bagdadum redeunt ad sedem patriarchalem. „

ܥܡ ܗܢܘܢ ܕܥܡܗ ܡܢ ܡܠܟܐ ܐܫܬܕܪܘ. ܘܡܚܕܐ ܡܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܠܩܘܢܝ ܥܠ ܐܣܝܐ ܡܗܝܪܐ: ܕܡܢ ܠܘܬ ܐܚܘܗ̇ ܠܗ̇ ܡܫܬܕܪ. ܘܡܪܝܐ ܛܘܒܢܐ ܟܕ ܚܙܝܗ̇ ܠܩܘܢܝ ܘܡܫܚܗ̇ ܒܡܫܚܐ ܕܨܠܘܬܐ: ܘܥܪܩ ܡܢܗ̇ ܟܠ ܟܘܪܗܢܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ̇. ܘܐܬܡܠܝܬ ܚܕܘܬܐ ܒܚܙܬܗ ܕܛܘܒܢܐ. ܘܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܠܘܬܗ̇ ܥܡܪܝܢ ܗܘܘ: ܚܕܝܢ ܗܘܘ ܕܫܘܘ ܕܢܥܘܠ ܠܘܬܗܘܢ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ، ܡܐܪܝ، ܘܢܐܣܐ ܡܘܡܝܗܘܢ.

ܗܝ ܕܝܢ ܩܘܢܝ: ܟܕ ܐܪܓܫܬ ܒܚܘܠܡܢܐ ܕܦܓܪܗ̇ ܕܩܒܠܬ. ܒܚܕܘܬܐ ܪܒܬܐ ܐܓܪܬܐ ܠܐܚܘܗ̇ ܟܬܒܬ. ܪܫܡܬ ܕܝܢ ܗܟܢܐ. ܕܚܕ ܡܢ ܫܠܝܛܢܐ ܕܡܢ ܠܘܬ ܪܒܘܬܟ ܐܫܬܕܪ: ܐܬܕܟܝܘ ܠܗܘܢ ܟܐܒܐ ܘܡܘܡܬܐ ܕܦܓܪܝ. ܘܐܝܬܝ ܗܫܐ ܡܚܪܪܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܡܘܡܐ ܕܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܒܗܘܢ ܢܐܕܐ ܗܘܝܬ ܘܡܬܒܣܪܐ. ܡܦܝܣܐ ܐܢܐ ܗܟܝܠ ܕܟܠ ܕܒܠܒܟ ܐܝܬ ܠܝ ܐܦܢܐ. ܟܕ ܕܝܢ ܡܛܬ ܐܓܪܬܐ ܠܐܪܛܚܫܫܬ ܡܠܟܐ: ܘܩܪܝܗ̇

Qoniam cum eis qui cum ipso a rege missi fuerant. Statimque annuntiaverunt Qoniæ de medico perito qui ex parte fratris ejus ei mittebatur. Beatus vero simul ac vidit Qoniam, unxit eam oleo orationis, fugitque ab ea omnis infirmitas qua laborabat, et repleta est gaudio in visione beati; et omnes qui apud eam degebant gavisi sunt quod meruissent ut ingrederetur ad ipsos beatus Mar Mares, et sanaret labes ipsorum.

Hæc ad Christum convertitur.

29. Ipsa autem Qonia ut animadvertit valetudinem corporis sui quam receperat, cum gaudio magno epistolam fratri suo scripsit. Hæc autem significavit : “ Unus ex potentibus a Majestate tua missus est. “ Purgati sunt omnes morbi et maculæ corporis mei, et existo nunc “ libera ab omnibus maculis, quibus adhuc fœda (1) eram, et eru- “ bescebam. Suadeo ergo ego, ut omne quod in corde tuo est mihi “ rescribas et significes. „ Quando autem pervenit epistola ad Arta-

(1) ܢܐܕܐ proprie est participium verbi ܢܘܕ et juxta hanc lectionem vertendum foret : “ quibus adhuc *agitabar, commovebar;* verum contextui magis congruere videtur ܢܕܐ, participium verbi ܢܕ, ܢܕܕ, quodque idem significat ac ܢܕܝܕܐ *fœda, abominabilis.*

ܒܚܕܘܬܐ ܪܒܬܐ. ܘܫܠܚ ܠܗ̇ ܗܟܢܐ. ܡܛܠ ܕܚܘܠܡܢܐ ܩܒܠܬܝ, ܘܐܣܝܘܬܐ ܕܟܐܒܝ̈ܟܝ ܫܩܠܬܝ. ܐܢܬܝ, ܥܡ ܗ̇ܘ ܓܒܪܐ ܕܐܠܗܐ ܡܐܬܝܬܐ ܕܐܢ̈ܝ, ܒܓܪܘ. ܕܐܝܟ ܫܘܘܕܝ̈ܝ ܕܠܘܬܗ ܒܥܒܕܐ ܐܓܡܪ. ܕܢܬܝܩܪ ܓܒܪܐ ܡܢܝ ܘܡܢ ܟܠܗܘܢ ܒܢ̈ܝ ܦܠܛܝܢ ܕܝܠܝ. ܟܕ ܕܝܢ ܡܩܪܝܢܘܬܐ ܗܕܐ ܩܒܠܬ ܩܘܢܝ: ܛܝܒܬ ܪ̈ܟܫܐ ܠܡܛܥܢܗ ܠܩܕܝܫܐ. ܠܗ ܘܠܟܠܗܘܢ ܕܐܝܬ ܥܡܗ. ܘܡܛܝܒܬܐ ܗܘܬ ܕܠܨܦܪܗ ܕܒܬܪ ܘܡܢܐ ܡܫܩܠܐ ܬܒܒܕ ܠܘܬ ܐܚܘܗ̇. ܒܗ ܗܝܠ ܒܗܘ ܠܠܝܐ ܐܬܚܙܝ, ܠܗ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܠܩܕܝܫܐ ܒܚܙܘܐ ܘܗܟܢ ܐܡܪ ܠܗ. ܠܐ ܬܫܒܘܩ ܠܩܘܢܝ ܘܠܟܠ ܕܥܡܗ̇ ܕܡܢ ܕܘܟܬܐ ܗܕܐ ܬܦܘܩ. ܥܬܝܕܐ ܕܝܢ ܕܬܗܘܐ ܗܕܐ ܕܬܬܪܘܪܒ ܘܬܬܝܩܪ. ܘܬܗܘܐ ܡܕܝܢܬܐ ܪܒܬܐ ܒܐܢܫܘܬܐ. ܘܢܬܪܘܪܒ ܒܗ̇ ܫܡܝ ܩܕܝܫܐ. ܗܐ ܠܟ ܦܩܕܬܟ ܘܙܗܪܬܟ. ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܬܥܝܪ ܡܢ ܚܙܘܐ ܐܠܗܝܐ: ܐܬܐ ܠܘܬ ܩܘܢܝ ܘܐܘܕܥܗ̇ ܐܝܠܝܢ ܕܡܢ ܐܠܗܐ ܩܒܠ. ܘܝܬܝܪܐܝܬ ܗܠܝܢ: ܕܗܝ ܩܘܢܝ ܡܢ ܗܪܟܐ ܠܐ ܬܦܘܩ. ܫܡܥܬ ܕܝܢ ܦܘܩܕܢܗ ܕܡܪܝܐ ܕܒܐܝ̈ܕܝ, ܫܠܝܚܐ ܡܪܝ, ܡܐܪܝ., ܘܠܐ ܐܙܠܬ.

banum regem, excepit eam cum gaudio magno, et misit ad eam sic : “ Quandoquidem valetudine donata es et curationem dolorum tuo- “ rum recepisti, tu cum hoc viro Dei iter ad me instituas, ut promissa “ mea ad ipsum opere perficiam atque honoretur hic a me et ab “ omnibus filiis palatii mei. „ Quando autem invitationem istam recepit Qonia, præparavit equos ad vehendum sanctum omnesque comites ejus. Jam ergo in eo erat ut postridie mane iter institueret ad fratrem suum, quando eadem nocte apparuit Dominus noster Jesus sancto per visionem, sic eum alloquens : *Ne sinas Qoniam aut quemquam illorum qui cum illa sunt, loco hoc exire; destinatus enim est locus iste ut magnificetur et illustretur, evadatque ingens hominum civitas, in qua magnificabitur nomen meum sanctum. Ecce ergo imperavi tibi et admonui te.* Igitur ut evigilavit e visione divina, perrexit ad Qoniam eique manifestavit ea quæ a Deo acceperat, et maxime id ne Qonia illinc abiret. Hæc vero audito jussu Domini per apostolum Mar

ܘܩܒܠܬ ܕܝܢ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܗܝ. ܘܟܠ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܥܡܗ̇ ܒܗ̇ ܒܕܘܟܬܐ ܕܬܡܢ ܗܘܘ ܥܡܗ̇. ܗܝܕܝܢ ܒܥܝܬ ܘܐܡܪܬ ܠܗ ܠܩܕܝܫܐ ܡܢܐ ܨܒܐ ܐܢܬ ܕܐܦܪܘܥ ܠܘܬܟ ܚܠܦ ܟܠܗܝܢ ܛܒܬܐ ܕܥܠܝ ܥܒܕܬ. ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ̇. ܒܢܘ ܠܝ ܕܘܟܬܐ ܚܕܐ ܒܝܬ ܨܠܘܬܐ ܠܐܠܗܐ ܚܝܐ. ܘܟܕ ܢܚܬ ܩܠܝܠ ܠܬܚܬ ܡܢ ܕܘܟܬܐ ܕܡܥܡܪܐ ܗܘܬ ܒܗ̇ ܩܘܢܝ. ܐܫܟܚ ܥܠ ܣܦܪ ܝܡܐ ܕܘܟܬܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܒܝܬ ܐܣܬܪܐ ܦܬܟܪܬܐ. ܗܝ ܕܗܝ، ܩܘܢܝ ܥܡ ܗܢܘܢ ܕܥܡܗ̇ ܠܗ̇ ܕܒܚܝܢ ܗܘܘ. ܘܨܒܐ ܕܬܡܢ ܢܬܩܝܡ ܗܝܟܠܐ ܠܐܠܗܐ ܡܪܝܡܐ. ܡܛܠ ܚܕܐ ܘܬܪܬܝܢ ܘܬܠܬ. ܚܕܐ ܡܢ ܕܠܬܒܘܬ ܦܬܟܪܬܐ ܢܬܥܩܪ. ܘܕܬܪܬܝܢ: ܕܠܝܡܐ ܡܢ ܕܘܟܬܗ ܢܦܢܐ. ܘܕܬܠܬ ܕܝܢ: ܡܛܠ ܕܩܒܠ ܓܠܝܢܐ: ܕܐܢܫܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܬܡܢ ܬܬܟܢܫ. ܘܕܐܝܟܐ ܕܥܡܪܝܢ ܒܢܝܢܫܐ ܢܗܘܘܢ

Marim transmisso, minime profecta est. Recepit autem baptisma sanctum ipsa et universi qui erant cum ea in eodem loco ibidem commorantes. Tum sanctum ita est affata : *Quid vis ut faciam in tui gratiam pro omnibus bonis quæ in me contulisti?* Ille vero dixit ad eam : *Ædificate mihi aliquem locum in oratorium Deo vivo.* Quumque descendisset parum infra locum in quo morabatur Qonia, invenit ad littus maris (1) locum qui vocatur domus Estheræ (2) idoli, ejusdem nimirum cui Qonia et qui cum illa commorabantur sacrificabant. Voluit ergo illic erigi templum Deo altissimo, propter unum et duo et tria momenta : primum quidem ut idolium subverteretur ; secundum, ut mare e loco suo averteret ; tertium denique, quia revelationem acceperat fore ut hominum multitudo illic esset congreganda, ac porro ut ubi habitaturi erant homines ibi ipse quoque eis templum

(1) " Mare Syris nominatur quæcumque aquarum congregatio „ ait cl. Bickell, *S. Ephræmi Syri carmina Nisibena*, p. 72 ; hic autem stagnum quoddam aut palus designatur, quibus ob inundationes fluviorum hæc Mesopotamiæ pars abundat. — (2) *Esthera* nomen est quo Aramæi, teste Barbahlul (ap. Payne Smith sub hac voce), Astarten designabant, Græcis Aphroditen, Venerem Romanis, et quacum Assyriorum deam Ishtar convenire putat G. Rawlinson, *The five great monarchies*, II, p. 25 (4a ed.) ; idemque, *Herodotus* I, 658 sqq. et II, 542 (4a ed.).

ܒܝܬ ܗܝܟܠܬܐ ܠܗܘܢ. ܡܢܐ ܕܝܢ: ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ ܗܟܢ ܐܬܥܒܕ.
ܩܕܡܐܝܬ ܕܝܢ: ܣܬܪ ܠܒܝܬ ܦܬܟܪܐ. ܘܦܩܕ ܠܝܡܐ ܕܢܦܢܐ
ܡܢ ܗܢܐ ܓܒܐ ܢܥܒܪ ܠܗܘܢ. ܗܕܐ ܕܒܚܙܬܐ ܠܗ̇ ܚܙܝܢ: ܘܠܐ
ܡܢ ܫܡܥܐ ܕܐܢܫܐ ܩܒܠܢܝܗ̇. ܗܝܕܝܢ ܐܦܝܣ ܛܘܒܢܐ ܘܗܝܟܠܐ
ܠܐܠܗܐ ܒܢܘ ܠܗ. ܒܩܪܝܒܘܬܐ ܕܕܩܠܬ: ܐܝܟܢܐ ܕܗܘܐ ܨܒܐ.
ܘܡܛܠ ܬܠܝܠܘܬܐ ܘܪܛܝܒܘܬܐ ܕܕܘܟܬܐ: ܒܥܩܐܝܬ
ܐܬܒܢܝܬ: ܘܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ ܕܘܟܪܢܗ ܒܗ̇ ܡܬܥܒܕ.
ܘܡܛܠܗܢܐ: ܥܕܬܐ ܕܕܘܪܩܘܢ: ܥܡ ܥܕܬܐ ܕܟܘ̈ܟܐ
ܡܬܚܫܒܐ. ܡܛܠ ܕܗܘ ܩܕܝܫܐ ܒܢܗ̇.

ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܐܘܠܦ ܠܣܠܝܩ ܒܥܕܬܐ ܗܕܐ ܠܩܕܡ ܒܐܬܪܐ
ܕܟܘ̈ܟܐ. ܬܘܒ ܥܒܪ ܠܐܬܪܐ ܕܙܐ̈ܒܐ ܘܐܬܠܡܕ ܠܣܓܝܐܐ.
ܘܥܠ ܠܩܪܝܬܐ ܚܕܐ ܕܥܠ ܓܢܒ ܕܩܠܬ. ܘܐܬܠܡܕ ܠܓܒܪܐ ܚܕ

erigeret. Quid autem? Juxta voluntatem ejus, sic factum est. Primum enim demolitus est idolium, et jussit mari ut ex hoc latere ad alterum sese averteret; idque nos oculis nostris conspeximus, nec ex auditu hominis percepimus. Tum suasit beatus ut templum Deo ædificarent prope Tigridem, sicut ille volebat: sed propter humorem et humiditatem loci ægre ædificari potuit; et usque hodie ejus memoria in eo celebratur. Et idcirco ecclesia Dorqoni cum ecclesia Khuke [Cucarum] (1) recensetur, quia sanctus ille eam ædificavit.

30. Dein vero, postquam evangelizavit Seleuciam, ecclesiam hanc primo [exstruxit] in regione Cucarum, atque iterum transiit in regionem Zabarum (2), et convertit multos. Et ingressus est vicum quemdam ad ripam Tigridis. Et convertit virum quemdam, illius vici dominum,

Ædificata ecclesia Dorqoni et ecclesia Cucarum,

(1) ܥܕܬܐ ܕܟܘ̈ܟܐ *Ecclesia d'Khoke* sive *Cucarum* nomen habet a ܟܘܟܐ seu ܟܘ̈ܟܐ *Khoka, Coche;* hæcque, uti scribit Assemanus, *Bibl. Orient.*, III, II, 739, erat " urbs Babyloniæ antiquissima, cui a Seleuco Nicatore instauratæ nomen *Seleuciæ* impositum: eadem enim ac Seleucia est, vel saltem Seleuciæ suburbium. Ibi sedes patriarchæ Nestorianorum, qui olim archiepiscopus Seleuciæ et Ctesiphontis dicebatur. In Pontificali ecclesia patriarchalis appellatur *ecclesia Cochensis in Mahuza.*" Cfr. ibid., p. 623. — (2) Sermo est de regione Zabarum Babylonica, non Assyriaca, prout e narratione sequenti colligitur.

ܫܡܗ ܕܩܘܪܝܬܐ ܗܘ ܕܒܫܡܗ ܘܪܬܢ. ܗܘܐ ܕܩܘܪܝܬܐ ܗܝ ܟܠ
ܫܡܗ ܡܬܩܪܝܐ ܘܪܬܢ ܩܪܕ. ܘܐܬܬܠܡܕܘ ܒܝܬܗ ܘܩܪ̈ܝܒܘܗܝ
ܘܬܐܒܘ̈ܗܝ: ܘܣܓܝ̈ܐܐ ܡܢ ܝܗܘ̈ܕܝܐ. ܘܒܢܐ ܬܡܢ ܥܕ̈ܬܐ.
ܘܐܩܝܡ ܒܗܘܢ ܩܫ̈ܝܫܐ ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ. ܘܢܚܬ ܠܐܬܪܐ ܟܠܗ
ܕܡܬܩܪܐ ܫܦ̈ܠܐ. ܘܒܬܪ ܫܢ̈ܝܐ ܣܓܝ̈ܐܬܐ ܕܐܬܟܪܟ ܒܝܬ
ܐܪ̈ܡܝܐ. ܘܠܣܓܝ̈ܐܐ ܡܢ ܝܗܘ̈ܕܝܐ ܘܡܢ ܚܢ̈ܦܐ ܩܪܒ
ܠܡܫܝܚܘܬܐ ܕܥܒܪ: ܘܡܢ ܬܡܢ ܐܬܟܪܟ ܠܐܬܪܐ ܕܟܫܟܪ.

Kaschkhara vero jam ante Seleuciam ad Christum a Mar Mari conversa.

nomine Varthan, ex cujus nomine vicus ille appellabatur Varthan-Qerd (1); et conversi sunt domus ejus, et propinqui ejus et hospites, necnon multi ex Judæis. Et erexit ibi ecclesias, in quibus constituit presbyteros ac diaconos; descenditque in universam regionem quæ dicitur Schafle (2). Demum post annos multos quibus circuivit inter Aramæos, quum Judæos plurimos atque Gentiles adduxisset ad fidem Christi, illinc profectus regionem Kaschkhar (3) perlustravit. Jam

(1) *Varthan Qerd* locus est nobis aliunde incompertus. — (2) Regio ܫܦ̈ܠܐ *Schafeli* paulo infra ܫܦܠܐ *Schafala* scribitur, incerto hærente scriba. Nec ipsum hoc nomen loci aliunde notum est; quamquam etymologice apprime congruit regioni depressæ et humili quæ infra Seleuciam in Mesopotamia usque ad Bassoram extenditur, atque supra, p. 69, *al-Zawabi* audit. — (3) De Kaschkhara urbe hæc habet Assemanus, *Bibl. Orient.*, I, 555: " ܟܫܟܪ *Cascar* malunt Syri antiquiores; ܓܪܓܪ *Gargar*, seu ܟܪܟܪ *Carcar*, vel ܟܪܟܐ *Carcha* recentiores. In Pontificali Chaldæorum episcopus Cascarensis primus diœceseos patriarchalis episcopus et patriarchæ ipsius post obitum vicarius appellatur in hæc verba: " Tunc (postquam scilicet patriarcha diem suum obiit) mittunt ad episcopum " Cascar, si in vivis est: ipse enim princeps est episcoporum magnæ patriar- " chalis provinciæ, et dexteram patriarchæ tenet, et custos illius sedis post ejus " obitum. " Idem textus recitatur ibid. II, 459 et III, II, 668. Porro ibid. III, II, 734 sq.: " Cascara urbs in Chaldæa seu Babylonia, cujus in territorio Vaseta condita, teste Abulpheda: " Vasetæ fundamenta Hagiagius (Hedschadsch) inter " Cupham et Basram in territorio Cascaræ anno Hegiræ 84 jecit, perfecitque " anno 86. " Atque juxta Edrisi (ap. Ritter, X, 191) urbs ad occidentem fluminis (*Schat el-Hai*) erat *Kaschkar*; altera, orientalis, *Wasit* vocitabatur. Wasit nomen suum, quod *medium* significat, a situ mutuatur; qui quidem medius erat inter Tigridem Euphratenque, pariterque inter Bassoram et Cupham. Hodie palustribus undique circumdatus est locus ubi exstat oppidum *Wasit el-Hai*, quod in ipso Kaschkaræ ac Vasetæ territorio exstructum conjicere licet.

ܒܪܘܫܐ ܗܟܝܠ ܕܡܐܬܝܬܗ ܕܛܘܒܢܐ ܡܪܝ، ܡܐܪܝ، ܕܠܒܝܬ
ܐܪ̈ܡܝܐ. ܟܕ ܚܙܐ ܠܣܠܝܩ ܕܠܝܬ ܒܗ̇ ܬܪܥܐ ܚܕ ܠܡܥܠ ܥܠ
ܒܥܡܘ̈ܪܝܗ̇ ܠܡܠܦܘܬܗܘܢ ܝܘܠܦܢܐ ܕܕܚܠܬ ܐܠܗܐ:
ܩܕܡܐܝܬ ܠܟܫܟܪ ܢܚܬ. ܘܐܢ̈ܫܐ ܗܘܘ ܚܟܝ̈ܡܐ ܘܡܥܩ̈ܒܐ. ܘܟܕ
ܕܫܡܥܘ ܡܢܗ ܡܠܬܐ ܕܫܪܪܐ ܐܬܩܒܠܬ ܠܘܬܗܘܢ. ܘܚܡܝܡܐܝܬ
ܩܒܠܘܗ̇. ܐܦ ܓܝܪ ܒܟܠ ܝܘܠܦܢ ܝܬܝܪ ܡܢ ܫܪܟܐ ܕܐܢ̈ܫܐ:
ܐܬ̈ܪܐ ܗܢܐ ܚܪ̈ܝܦܝܢ ܗܘܘ. ܘܒܒܨܝܘܬܐ[1] ܬܪܝܨܬܐ ܕܝܢܝܢ
ܠܟܠܡܕܡ. ܠܘܬܗ، ܗܟܝܠ ܢܩܦܘ ܣܓܝ̈ܐܐ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܕܬܠܡܕ
ܠܟܫܟܪ ܡܕܝܢܬܐ. ܐܝܟܐ ܕܡܣܬܓܕ ܗܘܐ ܫܐܕܐ ܚܕ ܒܐܬܪܐ
ܗ̇ܘ ܒܕܡܘܬܐ ܕܢܫܪܐ. ܘܩܝܡܐ ܗܘܬ ܩܝܡܬܐ ܚܕܐ ܘܥܠܝܡܐ
ܦܬܟܪܐ ܚܕ ܕܡܬܩܪܐ ܢܫܪ. ܘܟܕ ܒܬܕܡܘ̈ܪܬܐ ܕܥܒܕ ܬܡܢ

[1] K. *et* S. ܘܒܒܨ̈ܝܐ

vero initio adventus sui in regionem Aramæorum beatus Mar Mares, videns Seleuciæ nullam esse opportunitatem ingrediendi ad incolas ejus, ut doceret eos doctrinam religionis, prius in Kaschkar descenderat. Homines enim illic erant sapientes et investigatores. Qui quum audissent ab eo verbum veritatis, receptum fuit apud ipsos, et quidem ardenter receperunt illud: nam in omni disciplina plus ceteris homines regionis istius acuti habentur, atque æqua investigatione omnia librant. Itaque adhæserunt ei multi, dicentes: Evangeliza Kaschkaram urbem, ubi adorabatur dæmon aliquis, in regione illa, sub specie aquilæ. Nempe erecta erat statua quædam, seu adolescens quoddam idolum, quod appellatur Nischar (1). Quumque per prodi-

(1) Si hunc locum, satis obscurum, bene verti, ܢܫܪ *Nischar* idolum erat illa ipsa statua aquilæ figuram referens, quæ a Kaschkaritis colebatur; quamquam vox ܩܝܡܬܐ quam per *statuam* vertimus, etiam *columnam* aut *postem* significare potest: atque ita sensus foret ibi fuisse columnam cui idolum Nischar esset impositum. Utrum autem Nischar referri possit ad *Nisroch*, Assyriorum deum, cujus in templo IV Reg. XIX, 37 et Isaiæ XXXVII, 38, Sennacherib legitur fuisse a filiis interfectus, an vero potius ad recentiorum Yezidorum Melek-Taos (de quo apud Badger, *The Nestorians and their rituals*, I. 122 sqq.; Martin, *La Chal-*

ܠܦܓܪ̈ܐ ܐܬܬܠܡܕ. ܘܐܦ ܟܘܡܪܐ ܕܦܬܟܪܐ ܗܘ ܐܬܬܠܡܕ. ܘܥܡܕ. ܘܡܛܠ ܟܘܡܪܐ ܗ̇ܘ ܣܓܝܐ̈ܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܐܬܩܪܒܘ ܠܕܚܠܬ ܐܠܗܐ. ܘܒܢܐ ܬܡܢ ܥܕܬܐ. ܘܐܦ ܟܠܗ ܐܬܪܐ ܕܟܫܟܪ ܐܬܟܪܟ ܘܬܠܡܕ. ܘܒܢܐ ܥܕ̈ܬܐ ܘܐܩܝܡ ܒܗܘܢ ܟܗ̈ܢܐ. ܘܫܪܪ ܐܢܘܢ ܒܝܘܠܦܢܐ ܕܕܚܠܬ ܐܠܗܐ. ܬܘܠܡܕܬܐ ܗܟܝܠ ܕܟܫܟܪ : ܩ̇ܕܡܬ ܠܬܘܠܡܕܬܐ ܕܣܠܝܩ ܘܠܕܒܝܬ ܐܪ̈ܡܝܐ. ܘܡܛܠ ܗܕܐ ܡܫܬܠܡܐ : ܕܟܘܪܣܝܐ ܕܐܬܪܐ ܗܢܐ : ܩܕܝܡ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܟܘܪ̈ܣܘܬܐ : ܘܡܛܠ ܩܕܝܡܘܬܗ ܕܬܘܠܡܕܬܐ. ܡܢ ܟܫܟܪ ܠܘܝܘܗܝ ܬܠܡܝ̈ܕܐ ܠܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ ܠܣܠܝܩ. ܘܟܕ ܕܬܠܡܕ. ܐܝܢ ܢܚܬ ܠܐܬܪܐ ܕܩܘܢܝ. ܘܠܙ̈ܐܒܐ ܘܠܫܦ̈ܠܐ ܟܠܗ.

gia quæ patravit ibi multos convertisset atque etiam sacrificulus idoli istius conversus esset et baptizatus, ac propter sacrificulum istum multi cives appositi essent ad verum Dei cultum, tum ædificavit illic ecclesiam. Universam quoque regionem Kaschkaræ perlustravit et convertit; erexitque ecclesias, constituit in eis sacerdotes et confirmavit eos in doctrina religionis. Conversio igitur Kaschkaræ præcessit conversionem Seleuciæ et Aramææ; atque idcirco memoriæ proditum est cathedram istius regionis omnibus cathedris esse antiquiorem. Ob eam conversionis prioritatem ex Kaschkara discipuli beatum Mar Marim in Seleuciam comitati sunt. Quumque ibi evangelizasset, descendit ad regionem Qoni et ad Zabas et in universam Schafala.

dée, 39, sermo est) equidem in medio relinquo. Satis priori analogiæ favet etymologia, quandoquidem in linguis semiticis plerisque (hebr., arab., syriaca, coptica, chaldæa) nomen aquilæ a radice *naschar* repetitur. Nec omitti debet in ruinis Ninives inventam fuisse figuram genii vel dei, scilicet corpus humanum alis ac capite falconis seu aquilæ instructum. De quo cfr. Layard, *Nineveh and its remains*, ed. 1882, p. 47; G. Rawlinson, *Ancient monarchies*, II, 30 et Kaulen, *Assyrien und Babylonien*, pp. 52 sq. — Alii tamen, v. g. Oppert, *Expédition en Mésopotamie*, II, 339, nomen *Nisroch* referunt ad radicem *Scharag*, latine *conjungere*, ita ut deus ille, fere ut Græcorum Ὑμήν, *Hymen*, matrimonio esset præpositus. Neque hoc idolo nostro *juveni* repugnaret; saltem si hujus nomen hoc loco mutilum exhiberi ponamus.

ܘܡܢ ܕܬܠܡܕ ܠܗܠܝܢ ܟܠܗܘܢ ܐܬܪ̈ܘܬܐ. ܘܒܢܐ ܒܗܘܢ ܥܕ̈ܬܐ ܘܐܩܝܡ ܒܗܝܢ ܩܫܝ̈ܫܐ ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ. ܢܦܩ ܠܐܬܪܐ ܕܡܝܫܢ. ܘܣܓܝܐܐ ܐܘܠܨ̈ܢܐ ܘܥܡ̈ܠܐ ܗܘܘ ܠܗ ܬܡܢ. ܘܟܕ ܥܡ̈ܠܐ ܐܘܠܨ̈ܢܐ ܒܡܫܝܚܐ ܣܒܠ: ܘܬܘܬܐ ܙܥܘܪܐ ܥܒܕ. ܟܕ ܕܒܠܚܘܕ ܩܠܝ̈ܠܐ ܠܣܘܕ ܐܬܦܢܝܘ ܡܢܗܘܢ ܠܕܚܠܬ ܐܠܗܐ. ܟܠ ܕܐܦ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܘܗܕܝܘܛܝܢ ܘܥܠܡܢܝ̈ܢ ܐܢܫ̈ ܐܬܪܐ ܗܘ. ܘܗܟܢ ܚܪ̈ܝܫܝܢ ܒܦܘܠܚܢ ܦܬܟܪ̈ܐ. ܘܠܡܫܡܥܐ ܕܡܠܦܢܘܬܐ: ܝܬܝܪ ܡܢ ܫܪܟܐ ܕܐܢܫ̈ܐ ܚܒܝܫܝܢ ܗܘܘ. ܘܡܢ ܕܚܙܐ ܕܬܡܢ ܡܕܡ ܠܐ ܡܘܬܪ. ܫܒܩ ܠܕܢܝܐܝܠ ܬܠܡܝܕܗ ܐܝܟ ܕܢܣܥܘܪ ܘܢܫܪܪ ܠܩ̈ܠܝܠܐ ܕܬܠܡܕ ܬܡܢ. ܘܗܘ ܩܕܝܫܐ ܥܡ ܐܘܢܣܝܡܘܣ ܩܫܝܫܐ ܕܐܬܐ

31. Postquam vero omnes illas regiones evangelizasset, et ædificasset in eis ecclesias et instituisset in eis presbyteros et diaconos, profectus est ad regionem Maischan (1), ubi tribulationes multas atque labores perpessus est. Quumque labores plurimos pro Christo exanclasset, profectum fecit exiguum ; quandoquidem non nisi pauci ex ipsis veram religionem amplexi sunt. Quippe homines regionis istius erant valde feri, stupidi et mundani, in cultum idolorum prorsus effreni, adeoque plus quam reliqui ceterorum impediti ab auditu doctrinæ. Videns ergo se illic nihil proficere, reliquit Danielem, discipulum suum, ut inviseret et confirmaret paucos quos ibi converterat; ipse vero sanctus cum Onesimo presbytero qui una cum ipso Edessa

Mar Mares pervenit in Susianam et Persidem, jam ante a mercatoribus indigenis partim christianismo initiatas,

(1) ܡܝܫܢ *Maischan*, Μεσήνη, regio est inferiori Tigridis cursui contigua, ad sinum Persicum sese extendens. Assemanus, *Bibl. Orient.*, III, II, 430, eo nomine intelligi vult totum illum tractum qui infra Seleuciam ad mare usque producitur; et sane ex Actis S. Georgii (Giwargis) ap. Hoffmann, op. cit., 115, constat Mesenæ regione Kaschkharam quoque fuisse contentam. Hic autem regio arctiorum limitum designatur, satis conveniens illi quam describit Nöldeke, op. cit., pp. 13 et 14, aiens *Maischan* seu *Meschan*, arabice *Maisan*, fuisse seculo III statum quemdam parvum in regione Basræ ad Tigridem inferiorem, cujus locus præcipuus fuit *oppidum Spasines*, Σπασίνου Χάραξ (inscript. Palmyr. anni 151, p. C.) vel simpliciter ܟܪܟܐ seu Χάραξ (inscript. Palmyr. anni 193), atque ab eo statu distinctum fuisse statum Kaschkharæ, magis ad septentrionem in palustribus Wasiti situm. Cfr. Ritter, X, 121 et 181; item *Zeitschrift der deutschen Morgenländischen Gesellschaft*, tom. XXVIII, p. 101.

ܒܥܒܗ ܡܢ ܐܘܪܗܝ. ܘܦܦܐ ܘܐܝܘܒ ܘܡܠܟܝܫܘܥ ܘܫܪܟܐ
ܕܬܠܡܝ̈ܕܐ ܕܢܦܩܘ ܠܗ. ܥܛ ܠܗ ܠܐܬܪܐ ܕܒܝܬ ܗܘܙܝ̈ܐ ܘܕܒܝܬ
ܦܪ̈ܣܝܐ. ܒܝܬ ܗܘܙܝ̈ܐ ܕܝܢ ܒܙܒ̈ܢܐ ܗܢܘܢ : ܠܐ ܣܓܝ ܐܝܬ ܗܘܝ
ܡܕܝ̈ܢܬܐ ܘܩܘܪ̈ܝܐ. ܐܠܐ ܐܢ ܒܠܚܘܕ ܫܘܫ ܘܫܘܫܛܪܐ ܥܡ
ܩܘܪ̈ܝܐ ܙܥܘܪ̈ܬܐ. ܟܪܟܐ ܕܝܢ ܘܒܝܬ ܠܦܛ ܠܐ ܥܕܟܝܠ ܐܬܒܢܝ

venerat, et Papa et Jobo et Malkjesu ceterisque discipulis, qui exierant ad ipsum, deflexit in regionem Beth-Huzaje (1) et Beth-Parsaje (2). In Beth-Huzaje autem illis temporibus non erant multæ civitates et oppida, sed tantum Schusch (3) et Schuschthera (4) cum oppidis parvis : Karkha enim et Beth-Lapat nondum ædificata erant;

(1) ܒܝܬ ܗܘ̈ܙܝܐ *Beth Huzaje* sive *Huzitis*, nomen est Syrum regionis quam Arabes *Ahwaz* vocant, et fere Chuzistano hodierno respondet. Olim ab Hebræis (Dan. VIII, 2) dicebatur *Elam;* a Græcis antiquis (Æschylo et Herodoto) *Cissia;* a posterioribus (Strabone) *Susis* et *Susiana.* Hoc vero territorium hos terminos habebat : ad septentrionem, Assyriam et Mediam; ad ortum, Persidem proprie dictam et Parætacenen; ad meridiem, mare Erythræum; ad occasum, Tigridem fluvium. Cfr. Assemani, *Bibl. Orient.*, III, II, pp. 420 et 768; Ritter, *Erdkunde,* IX, 227; G. Rawlinson, *Ancient Monarchies* (4ª ed.), I, 26 et *Herodotus* (4ª ed.), I, 591; item Barbier de Meynard, *Dict. géogr. de la Perse* etc., *extrait de Yaqout,* p. 57. V° *Ahwaz.* A Susianis tamen populis scriptores antiqui sæpe discernunt Elymæos seu Elamitas, inter sinum Persicum ad meridiem et Mediam ad boream. Vide *Bibl. Orient.* III, II, 420 et 744. — (2) ܒܝܬ ܦܪ̈ܣܝܐ *(Beth Parsaje), Persis* seu *Persia* Latinis, Græcis Πέρσις, Hebræis *Paras,* in inscriptionibus Darii Hystaspis cuneiformibus *Parsa,* hodiernum territorium *Fars* seu *Farsistan* complectebatur, ac præterea Carmaniam regionem, quæ provincia nunc *Kerman* vocatur. Ad occidentem habebat Susianam, ad septentrionem Mediam magnam, ad orientem Myciam, ad meridiem mare. Vide *Ancient monarchies,* III, 85 sq. — (3) ܫܘܫ *Schusch,* quæ arabice *Sus,* hebraice (Esther I, 2; Dan. VIII, 2) *Schuschan,* græce Σοῦσα, latine *Susa* vocatur, vetus Persarum regia civitas, ubi Nestorianorum ac Mohammedanorum traditio Danielis prophetæ tumulum ponit, inde a tempore Hulagu Khan, seculo XIII, penitus evanuisse videtur. Situs ruinarum in tabulis geographicis indicatur in ea vallis parte qua fluvii *Kerkha* (Choaspes) et *Dizful* non nisi quindecim kilometris ab invicem distant. Cfr. Barbier de Meynard, *Dict. géographique de la Perse* etc., *extrait de Yaqout,* p. 327; Assemani, *Bibl. Orient.* III, II, 781; Ritter, IX, 316; E. Reclus, *Asie Antérieure* p. 292. — (4) ܫܘܫܛܪܐ *Schuschthera,* apud Assemanum in *Bibl. Orient.* semel (nempe I, 354) scribitur ܫܘܫܛܪ *Schuschter,* et ab Arabibus (v. g. a Yaqut

ܗܘܐ. ܐܠܐ ܠܘܬ ܕܘܟܬܐ ܕܟܪܟܐ ܩܪܝܬܐ ܗܘܬ ܕܡܬܩܪܝܐ ܪܕܢ. ܘܟܕ ܐܬܒܢܝܬ ܟܪܟܐ ܥܠ ܫܡܗ ܐܬܒܢܝܬ ܟܪܟܐ ܕܪܕܢ. ܐܝܟܐ ܕܗܫܐ ܕܠܕܢ ܩܪܝܢ ܠܗ. ܘܒܝܠܦܛ ܩܪܝܬܐ ܕܫܡܗ ܗܘܐ ܒܝܠܒܕ. ܘܟܕ ܐܬܒܢܝܬ ܒܝܬ ܠܦܛ ܥܠ ܫܡܗ ܐܬܒܢܝܬ. ܘܗܠܝܢ ܗܘܝ ܡܕܝܢܬܐ ܕܬܓܪܐ ܗܘܙܝܐ ܝܬܒܝܢ ܗܘܘ ܒܗܝܢ. ܐܝܟ ܕܐܦ ܗܫܐ. ܐܦ ܒܝܬ ܦܪܣܝܐ ܬܓܪܐ ܐܝܬ ܗܘܘ. ܘܡܢ

verum apud locum Karkhæ vicus erat qui appellabatur Redan; atque ubi ædificatum est oppidum (Karkha), istud juxta illius nomen ædificatum est tanquam oppidum (Karkha) d'Redan, quod quidem nunc d'Ledan (1) vocant. Item Bi-Lapat vicus, cujus nomen erat Bilabad quum ædificatus est, ex illius nomine dictus est Beth-Lapat (2). Et hæ igitur civitates in quibus mercatores Huzæi habitabant, sicut etiam hodie. Etiam apud Persas mercatores erant, et ex utraque regione

(Barbier de Meynard, op. cit., p. 135) *Tuster* audit. Adhuc hodie superest, estque Khuzistani post *Dizful* urbs præcipua, ad flumen *Karun* seu Pasitigridem quod in *Schat-el-Arab* influit, sita. Vide *Bibl. Orient.* III, II, 781; Ritter, IX, 178 sqq.; E. Reclus, *Asie Antérieure,* 295 sq. — (1) ܟܪܟܐ ܕܠܕܢ *Kharkha d'Ledan* seu *oppidum Ledan* aliquando sic pleniori appellatione (v. g. *Bibl. Orient.* I, 3, 354; *Acta Mart.*, I, 113; Barhebræi *Chron. eccl.* II, 41), alias vero simpliciter *Ledan* (puta *Bibl. Orient.* I, 190; II, 459) scripta reperitur. Nomen vero *Redan* seu *Karkha d'Redan* hoc tantum loco offendi. — Hæc urbs Sasanidarum tempore dicta fuit *Eran-Churra-Schapur;* hodieque ejus rudera sub nomine *Iwan-i-Kerkh* se reperisse putat H. Rawlinson, haud procul a Susæ ruinis ad septentrionem. Vide Ritter, IX, 317, et Nöldeke, p. 58. — (2) ܒܝܬ ܠܦܛ *Beth-Lapat* seu *Beth Lapet.* Juxta scriptorem Arabem *al-Tabari* (ed. Nöldeke, p. 41) hoc oppidum ædificatum fuit a Sapore I, Ardeschiri filio; atque a viro quodam Belo, qui illi erigendo præfuit, *Bil-Abadh* seu *Bel-Abadh*, i. e. " Structura Beli " dicta fuerit. Verum *Beth-Lapat* aramaica prorsus est appellatio, quam contractam vel deformatam exhibent *Bilapat* et *Bilabad.* — Perperam Assemanus, *Bibl. Orient.* III, II, 748 et 760, necnon Ritter, X, 173, Beth-Lapat confundunt cum civitate Ahwaz. Est enim Beth-Lapat idem oppidum quod *Gondischapur* postea appellatum fuit, quodque a Sapore rege exstructum fuerit vel ampliatum. Atque hæc urbs inter Susam et Schuschtheram fere media sita erat; ab ea enim, ait Abulfeda (*Bibl. Orient.* III, II, 746) ad Toster sunt octo parasangæ, et ad Susam sex parasangæ. Ejus situm H. Rawlinson et De Bode repererunt in ruinis prope Schahabad. Cfr. Ritter, IX, 164, 170 sqq.

ܬܪܥܝܢ ܗ̱ܘܘ ܐܬܘܪ̈ܬܐ ܒܥܠܬ ܬܐܓܘܪܬܐ ܐܙܠܘ ܠܡܥܪܒܐ. ܘܬܡܢ ܐܬܩܪܒܘ ܠܕܚܠܬ ܐܠܗܐ܆ ܡܢ ܛܘܒܢܐ ܐܕܝ ܫܠܝܚܐ. ܘܟܕ ܢܚܬܘ ܡܢ ܡܥܪܒܐ ܡܗܝܡ̈ܢܐ ܗܢܘܢ ܗܘܙܝܐ ܘܦܪ̈ܣܝܐ܆ ܬܠܡܕܘ ܠܣܓ̈ܝܐܐ ܒܐܬܪ̈ܘܬܐ ܗܢܘܢ. ܘܡܢ ܗܘ ܙܒܢܐ ܐܬܫܬܐܣܬ ܥܕܬܐ ܒܝܬ ܗܘܙܝܐ ܘܒܦܪܣ. ܘܟܕ ܡܛܐ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ܆ ܠܐܬܪܐ ܕܒܝܬ ܗܘܙܝܐ܆ ܘܚܙܐ ܬܡܢ ܡܗܝܡ̈ܢܐ. ܘܫܡܥ ܬܘܒ ܬܠܡܕܬܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ܆ ܚܕܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܐܬܬܘܣܦܬ ܠܗ. ܒܕܐܫܟܚ ܩܠܝܠ ܚܛ̈ܐ ܒܝܬ ܙܝܙ̈ܢܐ. ܘܐܬܟܪܟ ܒܐܬܪ̈ܘܬܐ ܗܢܘܢ܆ ܘܬܠܡܕ ܠܣܓ̈ܝܐܐ.

ܘܗܝܕܝܢ ܢܚܬ ܠܐܬܪ̈ܘܬܐ ܬܚܬܝ̈ܬܐ܆ ܥܕܡܐ ܕܢܦܓܥܐ ܪܝܚܐ ܕܡܪܝ ܬܐܘܡܐ ܫܠܝܚܐ. ܘܬܡܢ ܦܓܥ ܒܥܡܐ ܣܓܝܐܐ ܠܡܢܝܢ.

propter negotiationem pergebant in occidentem; atque illic adjuncti sunt ad cultum Dei a beato Adæo apostolo. Quumque descendissent ab occidente fideles illi Huzitæ et Persæ, converterunt multos in regionibus illis; atque ex illo tempore fundata est ecclesia apud Huzitas et in Perside. Quum autem pervenisset beatus Mar Mares in regionem Huzitarum, et vidisset ibi fideles, et audisset quoque conversionem Persarum, gaudium magnum persensit, eo quod invenisset parum tritici inter zizania. Et circuivit per regiones illas et convertit multos.

porro ad ulteriores regiones

32. Et deinde descendit in regiones inferiores, donec percelleret (nares ejus) odor Mar Thomæ apostoli (1); atque illic populum nume-

(1) Hoc est: donec perciperet odorem Mar Thomæ apostoli, vel (dempta metaphora): donec appropinquaret regionibus a Mar Thoma evangelizatis. Thomas autem juxta Origenem (ap. Eusebium, *Hist. eccl.* III, 1) in orbis distributione Parthiam sortitus est, nimirum populos Parthico imperio subjectos: Medos, Persas, Caramanos, Hyrcanos et Bactros; juxta alios vero, quorum inter notos antiquior est Ephræm Syrus (ap. Bickell, *Carmina Nisibena*, Carm. XLII, syr. p. 79, lat. 163), in India prædicavit ibique martyrium passus est. Posteriori ætate conficta sunt *Acta Judæ Thomæ* plenius edita syriace et anglice a cl. viro W. Wright in *Apocryphal Acts of the apostles*, Londini, 1871; hisce consonat Barhebræus, *Chron. eccl.* II, 3 sqq. — Cfr. de variis hisce traditionibus cl. F. Nève, *L'antiquité chrétienne en Orient*, Lovanii, 1852, pp. 27 sqq.; Nillès. *Kalendarium manuale utriusque Ecclesiæ, or. et occ.*, tom. I, pp. 296 sq.

ܘܒܐܬܪ̈ܘܬܐ ܗܢܝܢ ܫܒܩ ܐܪܦܝ ܚܕ ܠܗ ܡܢ ܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ،
ܕܫܡܗ ܗܘܐ ܐܝܘܒ. ܕܢܠܐܐ ܚܠܦܘܗܝ، ܒܗܘܢ. ܘܦܢܐ ܗܘ
ܛܘܒܢܐ ܫܠܝܚܐ : ܥܡ ܗܢܘܢ ܕܐܬܠܘܝܘ ܠܗ : ܘܣܠܩܘ ܠܒܝܬ
ܐܪ̈ܡܝܐ. ܘܣܠܝܩ ܘܩܛܝܣܦܘܢ. ܘܒܐܬܪ̈ܘܬܐ ܟܠܗܘܢ
ܕܡܕܢܚܐ : ܡܬܗܦܟ ܗܘܐ ܘܣܥܪ ܠܬܠܡܝ̈ܕܐ. ܘܡܘܣܦ
ܬܠܡܝ̈ܕܐ ܐܚܪ̈ܢܐ ܥܠ ܩܕ̈ܡܝܐ : ܟܕ ܠܝܬ ܒܝܫܐ ܕܒܣܐ : ܐܦܠܐ
ܣܛܢܐ ܕܡܫܢܩ. ܘܚܕܐ ܗܘܐ ܚܕܘܬܐ، ܕܚܙܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܡܢ
ܡܬܘܡ ܠܐܠܗܐ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܗܘܘ. ܘܟܠܝܘܡ ܠܐܠܗܐ ܒܥܕܬܗ
ܡܫܒܚܝܢ ܗܘܘ. ܗܢܘܢ ܕܒܢ̈ܝܗܘܢ ܒܙܒܢ ܙܒܢ ܠܫܐ̈ܕܐ ܕܒܚܝܢ
ܗܘܘ : ܠܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܢܦܫ̈ܬܗܘܢ ܐܓܥܠܘ ܗܘܘ. ܫܘ̄ :
ܠܟ ܝܫܘܥ ܚܝܠܐ ܕܠܐ ܡܬܙܟܐ. ܕܒܝܕ ܒܘ̈ܪܐ ܘܗܕܝܘ̈ܛܐ :
ܡܠܝܬܝܗ ܠܐܪܥܐ ܕܫܪܪܐ. ܡܢ ܐܡܪ ܠܡܕܢܚܐ ܐܡܐ ܕܚܪܫܘܬܐ
ܘܟܠܕܝܘܬܐ : ܕܬܟܦ ܒܘܪܟܐ ܘܬܣܓܘܕ ܠܐܠܗܐ ܚܝܐ
ܘܫܪܝܪܐ. ܡܢ ܐܡܪ ܠܒܢ̈ܝ ܢܡܪܘܕ ܓܢܒܪܐ ܕܚܠܦ ܡܓܕܠܐ
ܘܡܠܘܒܠܘܬܐ ܕܠܘܩܒܠ ܐܠܗܐ: ܦܐ̈ܪܐ ܕܚܘܒܐ ܘܕܬܘܕܝܬܐ
ܢܩܪܒܘܢ ܠܐܠܗܐ : ܘܢܣܬܟܠܘܢܝܗܝ، ܠܒܪܘܝܐ ܫܪܝܪܐ. ܗܠܝܢ :

rosum Domino adjunxit. Atque in regionibus illis dimisit et reliquit unum ex discipulis suis, cui nomen erat Job, ut loco ipsius laboraret inter eos. Ipse vero beatus apostolus cum sociis suis reversus est, ascenderuntque in regionem Aramæorum; Seleuciæ autem et Ctesiphonte cunctisque in regionibus Orientis circumobivit et visitavit discipulos, atque discipulos alios addidit prioribus, quin esset malus qui sperneret aut satanas qui torqueret. Et lætitia affectus est, videns eos qui nunquam Deum cognoverant, nunc quotidie in ecclesia ejus Deum laudare; eos qui filios suos aliquando dæmonibus sacrificaverant, nunc Deo vero animas suas commendare. Gloria tibi, Jesu, potestas insuperabilis, qui per rudes et imperitos implevisti terram veritatis. Quisnam jussit Orientem, matrem maleficii et chaldaismi, incurvare genu et adorare Deum vivum et verum? Quis dixit filiis Nemrod gigantis ut loco turris et rebellionis contra Deum fructus amoris et confessionis redderent Deo, et intelligerent creatorem

a Thoma apostolo Christo adjunctas. Dein in Aramæam reversus, in summa pace,

ܥܕܡܐ ܠܕܢܚܟ ܡܫܝܚܐ ܠܐ ܡܪܝ، ܘܠܐ ܥܕܡܐ ܠܡܬܓܠܝܢܘܬܟ ܒܒܪܝܬܐ ܠܐ ܐܬܚܙܝ.

ܟܕ ܕܝܢ ܫܢܝܐ ܣܓܝܐܬܐ ܐܬܗܦܟ ܛܘܒܢܐ ܒܐܬܪܘܬܐ ܕܡܕܢܚܐ: ܘܩܕܫ ܥܕ̈ܬܐ ܘܐܣܪ، ܐܟܚܕܐ. ܘܣܡ ܬܘܒ ܕܐܝܢܐ ܕܗܘ̇ܐ ܡܕܒܪܢܐ ܕܥܕܬܐ ܕܟܘ̈ܟܐ: ܗܘ ܢܗܘܐ ܘܩܐܡ ܒܪܝܫܐ ܕܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܕܡܕܢܚܐ. ܐܝܟ ܗ̇ܝ ܕܗ̇ܘܬ ܘܩܕܝܡܐ ܒܝܘܠܦܢܐ ܪܘܚܢܝܐ. ܘܒܬܪ ܫܢܝܐ ܣܓܝܐܬܐ ܕܒܗܝܢ ܒܬܘܠܡܕܐ ܥܢܐ ܗܘܐ. ܘܥܡܠ̈ܐ ܛܒ̈ܐ ܒܕܝܠܗ ܐܠܗܐ ܥܡܠ ܗܘܐ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܟܢ ܢܚܬ ܡܢ ܡܕ̈ܝܢܬܐ ܣܠܝܩ ܘܩܛܝܣܦܘܢ: ܕܒܗܝܢ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܥܡܪ ܗܘܐ. ܘܐܬܐ ܠܥܕܬܐ ܕܠܗ ܐܫܬܐܣܬ ܒܕܘܪܐ ܕܩܘܢܝ. ܘܩܪܐ ܗܘܐ ܠܦܦܐ ܬܠܡܝܕܗ ܩܕܡ ܟܠܗ̇ ܥܕܬܐ: ܘܥܒܕܗ ܡܕܒܪܢܐ ܚܠܦܘܗܝ.، ܘܟܕ ܟܢܝܫܝܢ ܗܘܘ ܘܩܝܡܝܢ ܠܘܬܗ ܙܥܘܪܐ ܥܡ ܪܘܪܒܐ. ܥܢܐ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ، ܡܐܪܝ، ܘܐܡܪ

verum? Hæc minime usque ad ortum tuum, Christe; hæc, Domine, minime ante manifestationem tuam in creatura comparuerunt.

postquam ab eo discipulus ejus Papas (?) in ejus locum suffectus est, obdormivit in Dor-Qoni.

33. Quum autem annos plurimos conversatus esset beatus in regionibus Orientis, ecclesias consecrasset easque conjunxisset, statuisset quoque ut ille qui esset ecclesiæ Khukarum (1) rector, præesset episcopis Orientis, quandoquidem illa in doctrina spirituali fuit antiquior; ac post annos multos quibus illic docendo occupatus fuit et labores bonos pro religione exanclavit, post hæc, inquam, descendit ex urbibus Seleucia et Ctesiphonte, in quibus illo tempore morabatur, et venit ad ecclesiam quam ipse fundaverat in Dora d'Qoni, vocavitque discipulum suum Papam (2) coram universa ecclesia, eumque rectorem in sui ipsius locum suffecit. Quumque congregati essent et starent apud ipsum parvi cum magnis, eos allocutus est beatus Mar Mares, dicens: *Juxta*

(1) ܥܕܬܐ ܕܟܘ̈ܟܐ *Ecclesia de Khukhe* vel *Cucharum* (aut *Cochensis*, uti alibi scribitur), jam supra pp. 49 et 111 recensita fuit. Cfr. etiam num. 29 extr. Erat autem ecclesia patriarchalis Nestorianorum in ܟܘܟܐ *Coche*, ut jam notavimus ex Assemani, loc. cit. — (2) Papas, ut jam monui in *Prolegomenis*, non nisi seculo III vergente sedem Seleuciensem occupavit. Vide Barhebræi *Chron. eccl.*, II, 27 sqq.

ܠܗܘܢ. ܐܝܟ ܕܚܙܝܬܘܢ ܒܥܝ̈ܢܝܟܘܢ ܘܐܠܦܬ ܠܟܘܢ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܬܕܒܪܬ ܥܡܟܘܢ ܗܟܢܐ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܐܬܕܒܪܘ. ܘܐܝܟ ܛܘܟ̈ܣܐ ܘܢܡܘ̈ܣܐ ܕܣܝܡܝܢ ܗܘܘ ܠܬܠܡ̈ܝܕܐ ܒܐܘܪܫܠܡ: ܘܡܬܕܒܪܝܢ ܗܘܘ ܒܗܘܢ ܐܦ ܫܠܝ̈ܚܐ ܚܒܪ̈ܝ: ܒܗܘܢ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܐܬܕܒܪܘ. ܠܐ ܬܣܛܘܢ ܡܢܗܘܢ ܠܐ ܠܝܡܝܢܐ ܘܠܐ ܠܣܡܠܐ. ܐܙܕܗܪܘ ܗܟܝܠ ܒܬܫܡܫܬܐ ܕܐܫܬܘܝܬܘܢ. ܘܒܕܚܠܬܐ ܘܪܬܝܬܐ ܗܘܝܬܘܢ ܩܝܡܝܢ ܒܗ̇. ܘܒܐܡܝܢܘܬܐ ܒܥܕܢܐ ܕܨܠܘܬܐ ܗܘܝܬܘܢ ܩܝܡܝܢ. ܘܠܐ ܬܗܘܘܢ ܫ̈ܘܬܦܐ ܠܙܩܘ̈ܦܐ. ܕܠܐ ܬܬܒܥܘܢ ܡܢܗܘܢ ܕܡܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܘܥܢܐ ܦܦܐ ܥܡ ܚܒܪ̈ܘܗܝ ܘܐܡܪܘ ܠܗ. ܣܗܕ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܕܫܠܚܟ ܠܘܬܢ: ܘܐܠܦܬ ܗܝܡܢܘܬܐ ܫܪܝܪܬܐ ܕܒܗ̇ ܚܝܝܢ. ܕܐܝܟܢܐ ܕܫܡܥܢ ܡܢܟ ܗܟܢܐ ܥܒܕܝܢ. ܘܡܢ

quod vidistis oculis vestris et docui vos, quemadmodum conversatus sum vobiscum, ita etiam vos conversamini; et juxta ordinationes et leges quæ positæ fuerunt discipulis in Jerusalem, et in quibus quoque conversati sunt apostoli, collegæ mei, in iis etiam vos conversemini. Ne deflectatis ab eis, neque ad dexteram neque ad sinistram. Attendite ergo ad ministerium quo potiti estis, et in timore ac tremore sitis stabiles in illo; et perpetuo in hora orationis sitis stantes. Et ne sitis socii crucifixorum (Judæorum) *neque ab ipsis sanguinem Domini nostri Jesu Christi exquiratis* (1). Et respondit Papas cum sociis suis et dixerunt illi: *Testis est Christus qui misit te ad nos, ut doceres nos fidem veram per quam salvamur, nos quemadmodum a te audivimus sic facturos.* Et post hæc

(1) Exhortationibus fere eisdem, at prolixioribus, Adæus Edessæ moriturus discipulos suos allocutus est. Vide G. Phillips, *The doctrine of Addai the apostle*, pp. ܡܐ et 39 sqq. Verba ad Judæos pertinentia, in Actis nostris prorsus obscura, ita illic leguntur : ܐܙܕܗܪܘ ܗܟܝܠ ܡܢ ܙܩܘ̈ܦܐ ܘܠܐ ܬܗܘܘܢ ܠܗܘܢ ܪ̈ܚܡܐ: ܕܠܐ ܬܬܒܥܘܢ ܥܡܗܘܢ ܒܕܡܗ ܕܡܫܝܚܐ ܕܡܠܝܢ ܐܝ̈ܕܝܗܘܢ quæ ita reddenda sunt: Cavete ergo ab iis qui crucifixerunt, ne sitis amici cum ipsis, ne requiratur a vobis, sicut ab ipsis, sanguis Christi cujus eorum manus plenæ sunt.

ܒܬܪ ܗܠܝܢ : ܢܦܩ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ، ܡܐܪܝ، ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܢܐ :
ܘܐܙܠ ܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ. ܘܐܬܩܒܪ ܦܓܪܗ ܩܕܝܫܐ ܘܐܬܬܣܝܡ
ܒܥܕܬܐ ܕܒܕܘܪ ܩܘܢܝ. ܩܕܡ ܒܝܬ ܩܘܕܫܐ : ܕܥܕܬܐ ܕܗܘ ܒܢܐ
ܘܫܟܠܠ. ܘܕܘܟܪܢܗ ܒܗ ܡܬܥܒܕ ܒܟܠܙܒܢ ܠܥܠܡ. ܐܝܟ ܦܘܩܕܢܗ
ܕܦܦܐ ܝܪܬܐ ܕܟܘܪܣܝܗ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܗܘ ܡܢ ܒܬܪܗ ܕܢܨܝܚܐ
ܘܓܒܝܐ ܡܪܝ، ܡܐܪܝ، : ܥܒܕ ܗܘܐ ܟܗܢ̈ܐ ܘܡܕܒܪ̈ܢܐ ܒܟܠܗ
ܐܬܪܐ ܕܡܕܢܚܐ.

ܚܢܢ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܢܝܩܪܝܘܗܝ، ܠܝܘܡܐ ܕܕܘܟܪܢܗ : ܕܗܢܐ
ܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ ܘܐܬܠܝܛܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ. ܚܢܢ ܕܝܢ ܝܬܝܪ ܡܢ ܟܠܗ
ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܣܢܝܩܝܢ ܕܢܗܘܐ ܚܦܝܛܐ ܒܐܝܩܪܗ ܕܐܒܘܢ. ܚܕܐ
ܡܢ : ܕܐܬܘܬܗ ܘܬܕܡܪ̈ܬܗ ܗܪܟܐ ܠܘܬܢ ܣܥܪ ܡܢ ܟܠ
ܕܘܟ. ܐܘܚܪܢܐ ܕܦܩܕ ܠܝܡܐ ܘܟܠܝܗ : ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܐܟܠ ܡܢ
ܗܢܐ ܓܒܐ : ܘܐܦ ܗܝ، ܕܫܒܩ ܠܢ ܡܓܘܢܝܘܬܐ : ܗܝܟܠܐ
ܐܢܐ ܕܒܐܝܕܘܗܝ، ܩܕܝܫܬܐ ܒܢܐ ܘܫܟܠܠ. ܘܗܝ ܕܝܬܝܪ ܡܫܒܚܐ
ܗܝ : ܕܓܪ̈ܡܘܗܝ، ܕܩܕܝܫܐ ܗܪܟܐ ܠܘܬܢ ܨܒܐ ܕܢܬܬܣܝܡܘܢ

exivit beatus Mar Mares ex hoc mundo, et abiit ad vitam æternam. Et sepultum est corpus ejus sanctum, et repositum est in ecclesia in Dor-Qoni, coram sanctuario ecclesiæ quam ipse erexit et perfecit ; et memoria ejus in ea perpetuo celebratur usque in seculum, juxta præceptum Papæ, heredis ipsius throni. Sic etiam ille post venerabilem et electum Mar Marim faciebat sacerdotes et rectores per universam regionem Orientis.

Scriptoris, nomine confratrum suorum, oratio.

34. Nos autem, dilecti mei, colamus diem commemorationis ejus, illius apostoli sancti et athletæ justitiæ. Nos enim plus quam omnes ab eo conversos oportet esse sollicitos in honoratione patris nostri : primo quidem, quia prodigia et miracula plura hic apud nos patravit quam alibi ; tum quia jussu suo mare avertit (1), ne hoc littus absorberet; tum quia reliquit nobis perfugium (2), templum istud quod manibus suis sanctis ædificavit et perfecit ; denique, quod præstantius est, quia ossa sua Sanctus hic apud nos voluit ut reponerentur potius quam omni

(1) Vide supra, num. 29. — (2) Proprie *cubile*.

ܬܘܒ ܡܢ ܟܠ ܕܘܟܐ: ܡܥܝܢܐ ܕܥܘܕܪ̈ܢܐ. ܢܗܘܐ ܠܢ ܠܡܛܠܬܐ ܢܨܝܚܬܐ ܣܝܡܬ ܓܪ̈ܡܐ ܕܗܢܐ ܩܕܝܫܐ. ܘܢܣܓܘܕ ܠܐܠܗܐ ܘܢܐܡܪ. ܕܫܘ̄ ܠܟ ܡܪܝ، ܥܠ ܛܝܒܘܬܟ ܕܠܐ ܡܬܡܠܠܐ ܠܥܠܡܝܢ. ܫܘ̄ ܠܟ ܡܪܝ، ܕܐܫܘܝܬ ܠܢ ܕܓܪ̈ܡܘܗܝ، ܕܗܢܐ ܩܕܝܫܐ ܠܘܬܢ ܢܬܬܣܝܡܘܢ ܐܝܟ ܡܥܝܢܐ ܡܠܝܬ ܛܒ̈ܬܐ. ܕܠܟ ܡܪܝ، ܡܬܟܫܦܝܢ ܒܝ ܨܠܘܬܗ. ܫܕܪ ܡܪܝ، ܫܝܢܐ ܘܫܠܡܐ ܠܐܬܪܢ ܗܢܐ ܘܠܟܠܗܘܢ ܥܡܘܪ̈ܘܗܝ.، ܐܚܕܪܟ ܠܗ ܫܘܪܐ ܚܣܝܢܐ ܘܓܘܣܐ ܠܐ ܡܙܕܟܝܢܐ: ܚܝܠܐ ܕܡܢ ܠܘܬܟ. ܘܢܗܘܐ ܛܒܝܒ ܘܢܨܝܚ: ܗܘܢܕܡ: ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܘܒܥܒ̈ܕܐ[1] ܕܙܕܝܩܘܬܐ: ܝܬܝܪ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܐܬܪ̈ܘܬܐ ܘܡܕ̈ܝܢܬܐ ܕܣܚܪ̈ܢܘܗܝ.، ܢܬܡܟܟܘܢ ܚܢ̈ܦܐ ܘܥܡ̈ܡܐ ܛܥ̈ܝܐ. ܟܕ ܟܦܝܢ[2] ܒܘܪܟܐ ܩܕܡ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܫܪܪܐ. ܘܬܬܪܝܡ ܩܪܢܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܫܪܪܐ ܕܒܗ: ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܕܚ̈ܠܬܐ ܕܛܥܝܢ. ܘܬܬܡܟܟ ܒܗ ܥܘܠܐ. ܘܬܕܢܚ ܒܗ ܫܪܪܐ. ܘܬܐܪܒ ܒܗ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܫܪܪܐ. ܥܕܡܐ ܠܙܒ̈ܢܐ ܕܥܠܡ̈ܐ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ.. ܠܟܠܗ ܕܝܢ ܟܢܘܫܢ ܟܢܝܫ ܒܐܠܗ̈ܝܬܐ:

[1] S. ܘܒܥܒ̈ܕܘܗ̇ — [2] S. ܟܦܝܢ

alio loco, tanquam fons auxiliorum. Protectio nobis fiat præclarus ossium hujus Sancti thesaurus, et adoremus Deum et dicamus: “ Laus sit tibi, Domine, ob benignitatem tuam in æternum ineffabilem. Laus tibi, Domine, qui dignos nos fecisti, ut ossa illius Sancti apud nos reponerentur veluti fons plenus bonorum, qui Tibi, Domine, supplicamus per intercessionem ejus. Mitte, Domine, quietem et pacem huic nostræ regioni et omnibus habitatoribus ejus. Circumda illam muro forti et refugio invincibili, virtute quæ ex te est; et sit famosa et illustris, nimirum per fidem et justitiæ opera, plus quam omnes regiones et civitates finitimæ! Humilientur ethnici et populi errantes, curvantes genu coram fide vera, et exaltetur cornu fidei veræ, quæ in ea viget, supra omnes religiones falsas! Et deprimatur in hac regione impietas, splendeat in ea veritas, crescat fides vera usque in tempora seculorum. Amen. „ Toti autem cœtui nostro congregato in divinis, qui in

ܕܒܥܘܡܪܐ ܗܢܐ ܩܕܝܫܐ ܪܘܚܢܐܝܬ ܦܠܚ : ܩܕܡ ܡܫܪܝܬܐ
ܕܥܡܘܕ ܢܘܗܪܐ ܐܒܘܢ ܫܠܝܚܐ ܡܪܝ ܡܐܪܝ. ܘܣܒܪܗ
ܘܬܘܟܠܢܗ ܒܡܪܝܐ ܡܥܡܪ : ܐܚܘܬܐ ܠܗܿ ܗܪܓܬ ܒܣܦܪܐ
ܪܘܚܢܝܐ ܘܐܠܗܝܐ ܠܛܒܝ̈ܥ ܒܡܘܢܝܛܐ ܐܠܗܝܬܐ. ܘܬܓܡܐ
ܟܠܗܘܢ ܕܡܗܝܡ̈ܢܐ ܒܟܠ ܛܟܣ̈ܝܗܘܢ ܘܐܣܟܝ̈ܡܝܗܘܢ
ܘܡܫܘ̈ܚܬܗܘܢ. ܢܬܠ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܡܫܬܡܥܢܘܬܐ ܠܡܫܡ̈ܫܢܐ
ܠܨܒܝܢܐ ܕܡܪܘܬܗ : ܒܟܠܗ ܫܝܢܐ ܚܝ̈ܝܗܘܢ ܕܥܠ ܐܪܥܐ
ܐܡܝܢ ܀ ܢܥܬܪ ܐܢܘܢ ܒܟܠܗܘܢ ܠܦܘ̈ܬܐ ܕܚܫܝܚ ܠܕܘܒ̈ܪܐ
ܕܟܐܢܘܬܐ. ܟܕ ܡܒܪܟ ܦܐܖ̈ܐ ܕܟܪ̈ܣܬܗܘܢ ܘܦܐܖ̈ܐ
ܕܐܪ̈ܥܬܗܘܢ. ܘܢܛܪ ܐܢܘܢ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܢܙ̈ܩܢܐ ܟܣ̈ܝܐ
ܘܓܠ̈ܝܐ : ܘܢܫܘܐ ܐܢܘܢ ܠܛܒ̈ܬܐ ܠܐ ܥܒܘ̈ܪܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ
ܫܡܝܢܝܬܐ : ܕܬܡܢ ܢܬܒܣܡܘܢ ܘܢܬܢܗܪܘܢ ܡܢ ܝܡܝܢܗ
ܕܪܫܝܬܢ ܐܡܝܢ ܀

ܫܠܡܬ ܒܥܘܕܪܢ ܡܪܢ ܬܫܥܝܬܐ ܕܛܘܒܢܐ ܡܪܝ
ܡܐܪܝ ܫܠܝܚܐ ܘܡܠܦܢܗ ܕܡܕܢܚܐ.[1] ܘܠܐܠܗܐ ܫܘ̄ :
ܐܡܝܢܐ : ܐܡܝܢ.

[1] S. ܕܦܢܝܬܐ ܟܠܗ ܡܕܢܚܐ

sancto hoc cœnobio spiritualiter militat coram habitaculo ad instar columnæ igneæ exsurgente patris nostri Mar Maris apostoli, cujusque spes et fiducia in Domino est, ille opituletur, fratribus scilicet omnibus qui in libris spiritualibus ac divinis, in monetam cusis divinam, meditantur, itemque agmini fidelium universorum in cunctis ordinibus suis, statibus ac gradibus. Det Dominus Deus famulis ut possint juxta Ipsius dominationis voluntatem famulari in omni requie vitæ eorum super terram. Amen. Divites eos efficiat omnibus modis qui piis congruunt moribus, benedicens fructibus uteri eorum et fructibus agrorum. Servet eos ab omnibus nocumentis absconditis et apertis; et dignos eos faciat bonis non perituris regni cœlestis, ut illic oblectentur et splendeant a dextris Illius qui primitiæ nostræ vocatur.

Explicit per adjutorium Domini nostri historia beati Mar Maris apostoli, doctoris Orientis; sitque Deo gloria perpetua! Amen.

Postquam prelo jam exierant pleræque hujusce opusculi plagulæ, pervenit ad me aliud Historiæ Mar Maris manuscriptum, quod, rogante Ill. Khayyath, ad exemplar quoddam in Koï, suæ diœceseos oppido, exscribi curavit Gabriel Adamo, Kerkuki (*Carcha de Beth Seluq* de quo supra, p. 36, sermo fuit) in Kurdistano archiepiscopo chaldæo. Putat Ill. Adamo exemplar Koïanum non esse seculo XIII recentius. — Jam novi nostri apographi sequuntur lectiones variantes. Istæ non videbuntur summi momenti critici, atque earum non paucas, præsertim iis in locis ubi ob omissionem verborum sensus perturbatur, oscitantia scribæ moderni ortas esse suspicor.

Notæ numerales singulis variantibus binæ præmittuntur : quarum prior editionis meæ *paginam*, posterior paginæ *lineas* designat.

P. 12, l. 3 ܥܠ ܫܠܝܚܐ loco ܒܝܕ ܫܠܝܚܐ ; l. 4 ܒܢ̈ܝܢ ܕܐܒܪܗܡ

P. 13, l. 9 om. ܕܝܢ

P. 14, l. 2 ܐܪܕܒܝܠܐ

P. 15, l. 6 ܘܟܒܪܐ ܐܢܐ

P. 17, l. 1 ܝܬܘܢ ; l. 4 ܘܠܐ ܐܫܬܡܥܘ, om. ܒܗܘܢ

P. 18, l. 1 et 4 ܦܘܠܚܢ̈ܐ loco ܦܘܠܚܢܐ ; l. 14 ܕܬܠܡܝܕܐ

P. 19, l. 1 ܕܒܬܪ ; l. 4 ܗܘ ܕܐܡܪ

P. 20, l. 5 ܐܢܬ ܘܐܬܪܐ ; l. 10 om. ܘܟܠ ܒܐܬܘܬܐ ܕܡܫܒ̄

P. 21, l. 8 ܒܐܪܒܥܝܪܐ ; l. 9 ܕܪܢܝܘܬܐ ; l. 14 ܕܐܬܝܗ

P. 23, l. 2 ܡܦܠܐ loco ܡܢܝ

P. 24, l. 13 ܥܕ ܗܝܡܢܘܬܐ

P. 25, l. 14 om. ܡܠܟܐ ܕܝܢ ܕܐܪܒܝܠ

P. 26, l. 1 om. ܕܐܢܫܐ

P. 28, l. 1 ܐܢܐ ܡܬܟܫܦ

P. 31, l. 8 ܒܪ̈ܘܟܐ ; l. 9 ܕܡܐܬܪܐ

P. 33, l. 4 ܩܡ ܥܠܘܗܝ

P. 34, l. 5 ܠܒܪ̈ܘܟܐ , ܡܗܦ̈ܟܐ

P. 35, l. 5 ܥܕܬܐ et ܦܪܘܣ

P. 36, l. 12 ܐܬܬܡ loco ܐܢܬܡ

P. 38, l. 1 ܘܣܡܘ

P. 38. l. 15 om. ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ ܘܡܢܘ ܗܢܐ ܡܫܝܚܐ ܕܐܡܪܬ

P. 40, l. 13 ܘܠܐ loco ܠܐ ; l. 14 ܥܠܝܛܐ

P. 42, l. 7 ܦܐܪܝܗ ; l. 8 ܡܛܠ ܕܬܬܐ ܗܝ ; l. 11 ܐܪܟܣܘܪ̈ܐ, et ܘܢܫܝܒܬ

P. 44, l. 10 ܘܐܣܬܕܪܬ

P. 48, l. 1 ܡܕܝܢܬܐ ; l. 2 ܡܠܟܘܢܝܐ

P. 51, l. 1 ܠܪܕܢܝܐ *leradanaye;* l. 3 ܕܫܡܥܗ ; l. 8 om. ܗܘܘ

P. 52, l. 5 ܦܘܩܕܡ ܐܬܘܢ

P. 53, l. 11 ܐܡܪ̇

P. 54. l. 9 om. ܘܒܪܐ ܕܡܢܗ ܠܝܕ ܡܢ ܚܢܢ. ܕܡܠܘܕܗ ܠܐ ܡܬܚܡܕ

P. 55. l. 13 ܠܡܣܒܪܗ loco ܠܣܘܒܪܢܗ

P. 56, l. 4 ܘܠܝܐ ܒܕܘܟܬܗ

P. 57, l. 3 sicut *S.* cum additis ad lineam 3am notae, post ܠܗ his vocibus : ܗܘܝܢ ܕܐܬܬܠܡܕܘ ; l. 9 ܕܐܝܟ ; l. 10 ܙܕܪܬܘܢ (sine ܕ)

P. 58. l. 9 (sine ܕ) ܘܡܩܪܡ

P. 59, l. 3 ܘܡܩܪܐ ܗܘܝܢ ; l. 6 ܦܪܫ ܗܘ ; l. 10 ܐܟܠ ܐܢܐ

P. 60, l. 10 ܗܘ ܕܐܒܢܐ ; l. 14 ܡܬܛܠܣܡ ܣܡ

P. 61. l. 2 ܘܒܕ ; l. 6 in margine ܒܒܒܕܐ loco ܒܒܝܕܐ ; l. 8 ܕܪܒ ܗܘ ; l. 12 ܒܣܘܣܬܘܬܐ

P. 62, l. 4 ܕܝܘܡܐ ; l. 10 ܘܗܘܝܢ loco ܗܘܝܢ ܕܡ ܒܕ

P. 64, l. 4 ܠܥܢܗ ; ܒܚܐ loco ܡܚܐ

P. 65, l. 2 ܐܡܓܪ loco ܐܡܪ; l. 6 ܘܢܠ ; l. 12 ܕܐܡܪܬܘܢ

P. 66, l. 2 et 3 ܘܐܬܬܣܝܡ ܠܡܦܪܥ ; l. 3 ܘܠܠܠܐ ; l. 6 ܡܘܗܒܬܐ

P. 67, l. 1 om. ܘܒܓܘܒ ; l. 6 ܘܕܬܘܕܝܬܐ

P. 68, l. 16 ܠܐܣܛܪܛܝܘܛܐ ܥܡ ܐܣܛܪܛܝܘܛܐ

P. 69, l. 1 ܕܐܬܝܗ ; l. 3 om. ܠܐ ; l. 9 ܠܐ ܡܦܪ̈ܫܝܢ

P. 70, l. 1 ܡܢܗ loco ܡܢ ; l. 2 ܠܗ ܘܐܡܪ ; l. 5 om. ܒܐܝܕ̈ܝܟ;
l. 9 om. ܘܕܘܟܬܝ

P. 71, l. 6 ܕܡܗܡܝܢ ; l. 8 ܡܬܟܡܢܐ loco ܡܬܟܒܕܐ

P. 72, l. 9 ܒܟܝܐ ܐܝܟ ; l. 14 om. ܐܝܬܝܪ. ܗܘ ܕܟܠ ܥܡܗ ܕܩܘܕܡ

P. 74, l. 1 ܕܐܬܝܕܪܘ ; l. 8 ܕܦܠܓܗ ; l. 10 ܕܢܓܕ loco ܕܡܢ ܢܓܕ

P. 75, l. 7 ܕܠܓܦܪܐ ; l. 13 ܘܐܬܐ

P. 76, l. 2 ܗܘܘ loco ܗܘܐ ; l. 6 ܡܢ ܕܡܘܒܠܬܐ ܚܕܐ ܒܝܬ
ܕܒܡܕܒܪܐ loco ܡܢ ܕܡܘܒܠܬܐ ܕܒܡܕܒܪܐ

P. 77, l. 1 ܕܢܓܒܝܗ ; l. 10 ܠܘܩܕܡ ܒܝܐ ܒܐܬܪܐ

P. 78, l. 2 ܦܪ̈ܕ ; l. 5 ܥܩ̈ܠܐ

P. 79, l. 2 om. ܟܠ ; l. 3 ܟܡܘܪ̈ܝܗ

P. 80, l. 6 ܡܠܠ sine ܘ ; l. 10 ܘܠܥܩ̈ܠܐ

P. 83, l. 2 ܪܕ̈ܝ ; l. 3 ܠܗ

P. 85, l. 9 om. ܗܘܘ ; l. 12 ܠܐܪܥܐ ܕܥܠܬܐ ܕܥܪ̈ܝܪܐ

P. 86, l. 2 ܠܡܬܓܠܝܢܘܬܗ ܒܒܪܝܬܐ : ܘܠܐ

P. 87, l. 9 ܘܠܐ loco ܕܠܐ ; l. 9 om. ܥܘܡܒ ; l. 12 ܕܒܗ

P. 88, l. 3 ܒܝܬ ܡܘܕܥܐ ܕܒܕܬܐ ; l. 13 ܗ̇ܘ ܕܐ̱ܢ

P. 89, l. 9 ܘܒܟܬ̈ܒܘܗܝ ; l. 11 ܒܢܩܡ

P. 90, l. 4 ܒܡܘܒܠ ; l. 15 ܡܬܠܡܕܢܘܗܝ ܕܩܕܝܫܬܐ ܥܠܘܗܝ
ܕܡܕܝܢܬܐ. ܘܠܐܠܗܐ ܫܘܒܚܐ ܘܥܠܝܢ ܪ̈ܚܡܘܗܝ،
ܘܚܢܢܗ ܠܟܠܢ ܟܠܢ ܐܡܝܢ ܘܐܡܝܢ ܀

INDEX ALPHABETICUS

NOMINUM PERSONARUM ATQUE LOCORUM

QUÆ IN ACTIS S. MARIS OCCURRUNT.

Prima nota numeralis paginam, aliæ lineas cujusque paginæ designant.

ܠܕܢ Ledan urbs 83, 3. — Vide infra ܪܕܢ.

ܠܩܢܐ Laqna vir 50, 3; 51, 3.

ܡܐܪܝ Mares 12 et passim.

ܡܕܝ Madai seu Media regio 33, 7.

ܡܝܫܢ Mesene regio 81, 3.

ܡܠܟܝܫܘܥ Malkjesu. Maris discipulus, 22, 12; 82, 1.

ܢܝܠܘܣ Nilus amnis 43, 11.

ܢܝܢܘܐ Ninive urbs 30, 2.

ܢܫܪ Nischar idolum 79, 11.

ܢܡܪܘܕ Nemrod vir 85, 14.

ܢܨܝܒܝܢ Nisibis urbs 22, 7, 8.

[ܐܬܪܘܬܐ ܕ] ܣܘܪܝܐ Regiones Syrorum 49, 4.

ܣܠܝܩ Seleucia urbs, 48, 4; 49, 2; 50, 5; 51, 4, 7, 9; 52, 14; 56, 13; 57, 3; 58, 13; 59, 2; 64, 13; 67, 10; 77, 10; 79, 2; 80, 6, 9; 85, 4; 86, 9.

ܥܒܕ ܒܪ ܥܒܕܘ Ebd-bar-Abdu vir 19, 11.

ܦܘܠܘܣ Paulus apostolus 30, 7; 31, 3; 35, 5.

ܦܛܪܘܣ Petrus apostolus 35, 5.

ܦܪܛܝܐ Phratia regis filia 36, 4; 38, 5.

ܦܝܠܝܦܘܣ Philippus, Maris discipulus 22, 12; 23, 1.

ܦܦܐ Papas, Maris discipulus 82, 1; 86, 11; 87, 10; 88, 5.

ܦܪܣ Fars sive Persis regio 48, 1; 84, 5.

ܦܪܣܝܐ Persæ populus 84, 3, 7.

EPILOGUS CRITICUS.

Quod scripsi in *Prolegomenis*, pag. 7 : " S. Marim ævo apostolico in illis regio-" nibus evangelium prædicasse testimoniis constat idoneis atque perpetuis; " vereor ne queat in sensum ab eo quem in animo gero, alienum cogi. Profecto nihil aliud in hac re asserere ausim quam Acta S. Maris, nunc in lucem prolata, haudquaquam haberi posse ut sequioris ævi figmentum quoddam, gratuito excogitatum seu antiquioris traditionis fundamento carens : quippe quæ potius, saltem quod historiæ substantiam attinet, innumeris veterum scriptorum ac monumentorum consentiant testimoniis. Atque hæc quidem summatim illic allegata, facile possent in immensum extendi, prout revera alia multa, eaque maximam partem inedita, officiosissime mihi Ill. Khayyath nuper transmisit : quæ tamen omnia, utpote a Nestorianis desumpta, vim argumenti minime augent, nec proinde in medium sunt proferenda; istorum enim de Mar Mari tanquam ævi apostolici in Oriente apostolo, sat explorata habetur sententia atque inconcussa traditio.

Verum enimvero de ipso illius traditionis fonte non liquido constare videtur, utrum ex ecclesia christiana Orientis adhuc unita, quemadmodum e documenti nostri inspectione conjici posse visum est, manaverit, an vero ad posterius ævum pertinere dicendus sit. Dubium in primis movet ac difficultatem facessit quod testimonia de S. Mari non æque reperiantur apud Jacobitas, a Nestorianis fide et ritu separatos; nam, uti aliunde notum est ac nuper litteris testatus est mihi Ill. Clem. Jos. David (1), archiepiscopus Syrus Damasci, " nullum penes Jaco-" bitas, quibuscum Syri catholici eumdem habent ritum, S. Maris neque in libris " liturgicis, neque in martyrologio adest vestigium. " Sunt quidem ex eorum scriptoribus qui illius meminerunt, puta Gregorius Barhebræus, a nobis supra recitatus; ast hic in Chronico suo compilando Nestorianis quoque usus est documentis. Est tamen quod forte haud incongrue Jacobitarum silentio respondeatur, eos videlicet, utpote in Asiæ occidentalis partibus frequentiores, orientalis traditionis facilius esse oblitos. Merito sane conjicit Renaudotus primam inter tres Nestorianorum liturgias, quæ *sanctorum apostolorum* (Adæi et Maris) nomine inscribitur, antiquiorem esse divisione ecclesiarum per Nestorianam hæresin effectam. Atque, ut ille scribit (2) : " *Apostolos sanctos* vocant " Nestoriani Adæum et Marin, quos Orientis apostolos existimant ex antiqua " sua traditione, quam fabulis inquinatam scripto consignavit Maris quidam " filius Salomonis, ex cujus historia epitomen fecit Amrus filius Matthæi, ex qua " habetur successio Catholicorum sive patriarcharum sectæ Nestorianæ, usque " ad seculum decimum tertium. Adæum, ut Orientales scribunt, eumdem esse cum

(1) Doctissimus ille præsul Romæ, anno 1870, edidit librum cui titulus : *Antiqua ecclesiæ syro-chaldaicæ traditio circa Petri apostoli ejusque successorum Romanorum Pontificum divinum primatum.* — (2) *Liturgiarum orientalium collectio*, tom. II, pag. 592 sqq. (ed. Francofurt. 1847).

" Thadæo plerique testantur... Nestoriani dicunt unum fuisse ex septuaginta disci-
" pulis, et a Thoma apostolo missum in Syriam; Marin ejus fuisse discipulum, tum
" alterum quem Agi appellant. Quia igitur illos tanquam ecclesiarum Mesopotamiæ
" fundatores agnoscunt, Ordinem Missæ illis tribuunt, ut Jacobo Hierosolymitana
" Ecclesia liturgiam suam, Marco Alexandrina suam attribuit. Quæ vero de Thadæi
" a Jacobo missione habet Nestorianorum traditio, non tam ad eos ut novæ sectæ
" homines referenda est, quam ad communem ecclesiarum Mesopotamiæ traditio-
" nem. Eadem quippe in historiam suam retulit Eusebius, et in Melchitarum Jaco-
" bitarumque libris leguntur, in illis præsertim apostolorum discipulorumque
" Christi indiculis qui extant in variis codicibus, et vulgo Canonibus apostolo-
" rum et Clementinis constitutionibus præmittuntur vel subjiciuntur. Reperitur
" sane in optimo et vetustissimo codice Mediceo Collectionis canonum Syriacæ,
" Synopsis aliquarum constitutionum quæ Adæo, Mari et Agi adscribuntur, et
" quarum vigebat auctoritas in ecclesia Jacobitica. Unde certo efficitur Nestoria-
" nos non novam et apud se natam opinionem de institutione ecclesiarum in
" Mesopotamia, quo res suas commendarent, promulgasse, sed in orthodoxæ quæ
" illic fuerat, ecclesiæ jura involasse, ut quod illi proprium erat sibi attri-
" buerent. „

Denique operæ pretium videtur hic quædam adnotare de documento antiquissimo, non ita pridem in lucem prolato, quo ecclesiæ Mesopotamicæ primordia sic fere enarrantur ut cum iis maximam partem conveniant quæ Eusebius (1) e tabulario Edesseno se accepisse testatur. Inscribitur illud *Doctrina Addæi apostoli*, atque ab editore (2) demptis quibusdam interpolationibus Labubnæ, regi Abgaro ac ipsi Christo Domino coævi, fetus genuinus putatur, quamquam ab aliis (3) Eusebio (anno 324) posterior habeatur, Moyse tamen Khorenensi (anno 470) prior. Jam vero ibi inter Adæi discipulos varios qui recensentur, Mares non occurrit. Sed potest id inde explicari quod ei, non sicut illis Edessenæ ecclesiæ promovendæ, sed in alias Orientis plagas christianismum prædicandi provincia fuerit demandata. Ceterum R. Lipsii (4) sententia est totam historiam conversionis Abgari VI Ukhama, apostolica ætate Edessæ regis, fundamento carere eamque tempore Abgari VIII Severi bar Manu, qui annis 176-213 regnavit ac christianæ religioni Edessæ nomen dedit, primo fuisse excogitatam.

(1) *Hist. eccl.*, lib. I, cap. 13. — (2) G. Phillips, qui post fragmentum jam a Curetonio in *Ancient syriac documents* prolatum, edidit integrum librum syriace et anglice hoc titulo : *The doctrine of Addai the apostle*, Londini 1876. — (3) *Die edessenische Abgar-Sage, kritisch untersucht, von Richard Adelbert Lipsius* Braunschweig 1880, p. 41. — (4) Op. cit., p. 11.

CORRIGENDA.

P. 14.	l. 13	loco	ܕܒܒܕ	lege	ܕܒܟܕ
P. 15.	l. 9	„	ܠܒܐ	„	ܠܟܐ
P. 26.	l. 4	„	ܕܣܟܐ	„	ܕܣ̈ܟܐ
P. 27.	l. 2	„	ܦܠܓ̈	„	ܦܠ̈ܓ
P. 74.	l. 5	„	ܐܘܢ	„	ܦܘܢ

BRUXELLIS

E TYPOGRAPHEO POLLEUNIS, CEUTERICK & LEFÉBURE

Via dicta *des Ursulines*, 35